Implet fatalem decadam ſibi ueſpaſianuſ
Ter dominante tito cingit noua laurea ianū
Quindecieſ ſeuuſ potitur dum fr habenıſ

Iulıuſ interiit ceſar craſſante ſenatu
Addidit auguſtum diuiſ matura ſenectuſ
Sera ſenex campiſ exul nero fata peregit
Expetiit penaſ de ceſare cherea molliſ
Claudiuſ ambiguo concluſit fata ueneno
Matricida nero proprii uim pertulit enſiſ
Galba ſenex periit ſeuo proſtratuſ othoni
Mox otho famoſuſ clarā ſed morte potituſ

Proxima ſuccedunt permendi ſceptra uitelli
Laudatum imperium morſ leniſ ueſpaſiano
At tituſ a morte rapitur florentibuſ anniſ
Sera tamen perimunt: ſed iuſta piacula frem

Proximuſ extincto moderatur ſceptra tyranno
Nerua ſenex princepſ nomine mente pareſ
Nulla uiro ſoboleſ imitatur adoptio prolem
Quam legiſſe iuuet quam genuiſſe uelit.

De traiano

Aggreditur regimen uiridi traianuſ in euo
Belli laude prior cetera patriſ habenſ
Hic quoq; prole carenſ ſociat ſibi ſorte legendi
Quem fateare bonum diffiteare parem.

De adriano

Helius hinc ſubiit mediiſ preſigniſ in actiſ
Principia & finem fama notat grauior
Orbuſ hic ſocianſq; uirum documenta daturum
Aſſumpti quantum premineant genitiſ

De antonino

Antoninuſ ad hunc regimen capit ille uocatu
Conſultiſq; piuſ nomen habenſ meriti
Filiuſ huic fato nulluſ: ſed lege ſuorum
A patria ſumpſit qui regeret patriam

De marco antonino

Poſt marco queſita datur queſita platoniſ
Seruſ ad imperium patre pio melior

S uccesſore ſuo morienſ . ſed principe paruo
Hoc ſolo patrie q genuit nocuit.

De commodo.

C ommoduſ inſequitur pugniſ maculoſuſ harene
Trecidico princepſ bella mouenſ gladio
E liſo tandem perſoluenſ gutture penaſ
Criminibuſ faſſuſ matriſ adulterium

In polygytonum

T hermarum in ſolio ſiquiſ polygitona uidit
V lcera membrorum ſcabie putrefacta fouentē
P repoſuit cunctiſ ſpectacula talia ludiſ
P rincipio tremuliſ gannitibuſ aera pulſat
V erbaq; laſciuoſ meretricum imitantia cetuſ
V ibrat & obſcene numeroſ pruriginiſ implet
B rachia deinde rotat uelut enthea demone
P ectuſ crura latuſ uentrem femora inguina ſurā
T ergum colla humeroſ luteę ſymplegadiſ antrū
T am diuerſa lociſ uaga carnificina pererrat
D onec marcentem calida medicina lauacri
B landuſ letali ſoluat dulcedine morbuſ
D eſectoſ ſic fama uiroſ ubi caſſa libido
F emineoſ cetuſ conſumere gaudia lecto
T itillata breui cum iam ſub fine uoluptaſ
F eruet & inceſto peragit ludibria morſu
T urpia non aliter polygiton membra reſoluit
& quia debentur ſuprema piacula uite
A d phlegetonteaſ ſeſe iam preparat undaſ

De menſibus & quatuor anni partibus

Eternos menſes & nomina quatuor anni
Quattuor iſta tibi ſubiecta monoſtica dicent
Martiuſ apriliſ maiuſ ſunt tempora ueriſ
Iuliuſ auguſtuſ nec non & iuniuſ eſtaſ
Septembri octobri autumnat totoq; nouembri
Brumaleſ ianuſ februariuſ atq; december

De ſiluio bono qui erat brito

Siluiuſ ille bonuſ qui carmina noſtra laceſſit
Noſtra magiſ meruit diſtica brito bonuſ
Siluiuſ hic bonuſ eſt qui ſiluiuſ iſte britannuſ
Aut brito hic non eſt ſiluiuſ aut maluſ eſt
Siluiuſ eſſe bonuſ fertur ferturq; britannuſ
Quiſ credat ciuem degeneraſſe bonum
Nemo bonuſ brito eſt ſi ſimplex ſiluiuſ eſſeſ
Incipiat ſimplex deſinet eſſe bonuſ
Siluiuſ hic bonuſ eſt ſed brito eſt ſiluiuſ idem
Suſpicor & reſ eſt credite brito maluſ
Silui brito bonuſ quamuiſ homo non bonuſ eſſe
Ferriſ nec iungere brito & homo

De notario in ſcribendo uelociſſimo

Puer notorum preceptum ſolerſ miniſter aduola
Bipatenſ pugillar expedi
Cum multa fandi copia punctiſ peracta ſinguliſ
Ut una uox abſoluitur
Ego uoluo libroſ ubereſ inſtarq; denſe grandiniſ
Torrente lingua perſtrepo tibiq; nec aureſ abigut

Hec occup

N ec occupatur pagina & mota parce dextera
V olat per equor cereum
C um maxime nunc proloquor circumloquentiſ ãbitu
T u ſenſa noſtri pectoriſ uix dicta iam ceriſ teneſ
S entire tam uelox michi uellē dediſſet meſ mea
Q̃ prepetiſ dextre fuga tu me loquentem p̄ueniſ
Q uiſ queſo quiſ me prodidit · quiſ iſta iam dixit tibi
Q ue cogitabam dicere ·
Q ue furta corde in intimo exercet aleſ dextera
Q uiſ ordo rerum tam nouuſ ueniat in aureſ ut tuaſ
Q uod lingua non dum abſoluerit
D octrina non hoc preſtitit · nec ulla tam uelox manuſ
C eleripediſ compendii
N atura munuſ hoc tibi deuſq; donum tradidit
Q ue loquerer ut ſcireſ priuſ idemq; uelleſ qđ uolo ·

Ego tibi gratiaſ imperator aug · ſi poſſem referre ·
Sed neq; tua fortuna deſiderat remunerandi
uicem · nec noſtra ſuggerit reſtituendi facul-
tatem · Priuatorum iſta copia eſt inter ſe eſſe
munificoſ · tua beneficia · ut maieſtate precel-
lunt ita mutuum non repoſcunt · Quod ſolū
igitur noſtre opiſ eſt gratiaſ ago · tum tacituſ ·
tum loquenſ · tum in cetu hominum · tum
ipſe mecum & cum uoce patui & cum medi-
tatione ſeceſſi · omni loco · actu · habitu &

tempore. nec mirum ſi ego tibi terminum
non ſtatuo tam grati profitendi q̄ tu finem
faciaſ honorandi. Quiſ enim locuſ eſt aut
dieſ, qui non me huiuſ aut ſimiliſ gratula-
tioniſ admoneat. Admoneat autem? o iner-
tiam ſignificationiſ ignauie. quiſ inquam lo-
cuſ eſt, qui non beneficiiſ tuiſ agitet &
inflammet. Nulluſ inquam imp. aug. quin
admirandam ſpem tue uenerationiſ incutiat.
non palatium quod tu cum terribile accepe-
riſ amabile preſtitiſti. non forum & baſilice
olim negociiſ plenaſ nunc uotiſ pro tua ſa-
lute ſuſceptiſ. Nam de ſua cui non te im-
perante ſecuritaſ? non curia honorificiſ ne
morſ leta decretiſ olim ſolicitiſ meſta queri-
moniiſ. non publicum in quo occurſuſ gau-
dentium plurimorum neminem patitur ſolū
gratulari. Non domuſ commune ſecretum.
Lectuſ ipſe ad quietem datuſ beneficiorum tuo-
rum reputatione tranquillior. Somnuſ aboli-
tor omnium imagineſ tuaſ refert. Iſta autem
ſedeſ honoriſ ſella curuliſ glorioſa pompiſ im-
perialiſ officii in cuiuſ me faſtigio ex qua me
diocritate poſuiſti quotienſ a me cogitatur
uincor magnitudine & redigor ad ſilentium
non ingratuſ beneficiiſ, ſed oppreſſuſ. Adeſ
enim locuſ omnibuſ, nec tam miramur licētia

poetarum · qui omnia deo plena dixerunt ·
ſpem ſuperaſ · cupienda preueniſ · nota ꝑcurriſ
queq; animi noſtri celeritaſ diuinum inſtar
affectat beneficiiſ preeuntibuſ anteuitur · pre-
ſtare tibi eſt q̄ nobiſ optare uelocius · Ago ig̃
gratiaſ optime imperator · Ac ſiquiſ ſermonē
meum iiſdem uerbiſ ſepe repetitum inopie
loquentiſ aſſignat · experiatur hoc idem perſe-
qui & nichil poterit proficere facundiuſ ·
Aguntur enim gratie non propter maieſtatiſ
ambitum : neq; ſine argumentiſ · imp · fortiſſimo
Teſtiſ eſt uno pacatuſ anno &
& liberaliſſimo oſtentat hoc diueſ exercituſ
indulgentiſſimo probat erroriſ humani co-
ſultiſſimo probat hoc principe orienſ ordinatuſ
piiſſimo · huiuſ uero laudiſ locupletiſſimum
eſt pater diuiniſ honoribuſ conſecratuſ inſtar
filii ad imperium frater aſcituſ & contume-
lia belli patruuſ uindicatuſ ad prefecture
collegium filiuſ cum patre coniunctuſ ad
conſulatum preceptor electuſ poſſum ire
per appellationeſ tuaſ · quaſ olim uirtuſ dedit ·
proxime fortuna conceſſit · quaſ adhuc in-
dulgentia diuina meditatur · Voca germani-
cum deditione gentilium · alamannicum
traductione corporum · uincendo & igno-
ſcendo ſarmaticum · Connecterem omnia

merita uirtutiſ & cognomina felicitatiſ Sed
alia eſt iſta merita & ſuo parata ſecreto Cum
placuerit & breuiter omnia
que nouiſ indicare neq; perſequi ut qui
terrarum orbem uniuſ tabule ambitu circum-
ſcribunt aliquanto detrimento magnitudi-
niſ nullo diſpendio ueritatiſ Hunc autem
quod diei huiuſ proprium de conſulatu gra-
tiaſ agam Sed precurrunt alie dignitateſ
atq; in uocem gratulationiſ erumpunt ac ſe
priuſ debere profitentur tot graduſ nomini
comitiſ propter tua incrementa congeſti ex
tuo merito te ac patre principibuſ queſtura
tua coſ & tui tantum prefectura beneficii
que & ipſa non uult uice ſimplici gratula-
ri liberaliuſ diuiſa quam coniuncta cum tenea-
muſ duo integrum neuter deſiderat ſepa-
ratum Sed illa ut paulo ante promiſi ha-
bebunt ſui munerIſ peculiare ſecretum Con
ſulatuſ hic meuſ orat atq; obſecrat ut obno-
xiam tibi uni ſinaſ fieri euſ dignitatem quem
omnibuſ pretuliſti Quod quidem & ipſe ſibi
inuenit graduſ cum clariſſimo uiro collega
meo honore coniunctuſ nuncupatione
prelatuſ Conſul ego imp aug munere
tuo non paſſuſ ſepta neq; campum non ſuf-
fragia non puncta non oculoſ qui non

prenſauerim manuſ ſalutantium confuſuſ
occurſu aut ſua amicaſ nomina non reddide
rim aut aliena impoſuerim qui tribuſ non
circumiui centeriaſ non adulaui uocatiſ claſ
ſibuſ non interuenii nichil cum ſequeſtre
depoſui cum deſtributore nichil pepigi Ro
manuſ populuſ martiuſ campuſ equeſter
ordo roſtra ouilia ſenatuſ curia unuſ in
omnia Gratiuſ iure meo auguſte affirmare
poſſum Incolumi omnium gratia qui ad
hunc honorem diuerſa unquam uirtute ue
nerunt uenturiq; ſunt ſuuſ cuiq; animuſ
ſuum meritum ſibiq; menſ conſcia eſt Iure
inquam meo affirmare poſſum me michi ui
deri a ceteriſ eſſe ſecretum Sunt quoſ
uotorum cruciat inanitaſ non optaui quoſ
ex ero & ambituſ non petiui qui aſſiduitate
exprimunt non coegi qui offeruntur oc
caſione non affui quoſ iuuat opulentia obſtat
temporum diſciplina non emi nec poſſum
continentiam iactare non habui unum
preſtare temptaui & hoc ipſum quia uendica
re meum non poſſum In tua enim poſitu
eſt opinione ſi merui feciſti autem & facieſ
alioſ quoq; conſuleſ piiſſime gratiane ſed
non & cauſa pari uiroſ glorie militariſ ha
bent enim tecum ut ſemper laboriſ ita digni

tatiſ pleruNq; conſortium uirtutiſ q̃ honoriſ
antiquiore collegio uiroſ nobilitatiſ antique.
Dantur enim multa nobilibuſ & e roma pro
merito · uiroſ fide inclytoſ & officiiſ probatoſ
quorum me eſſe ſi non ſecerno numero tn
qđ ad honoriſ pertinet rationē deſperatio q̃m
hunc gradum nouiſ benefieri. Tu auguſte
conſtituiſ deferre tibi quo aliter ornetur
bona alii · cu ad alienam referre preſtantiā
eruditionemq; nature · quam deo & patri
& tibi debeſ ad alteriuſ gratiam rectiuſ re
torquere q̃ neruiſ · tua hec uerba ſunt a te
mihi ſcripta ſoluere te quod debebaſ &
adhuc debere quod ſolueriſ. o mentiſ auree
dictum brateatum · o de pectore candidiſ
ſimo lactei ſermoniſ alimoniam · quiſquam
ne tam parcuſ eſt in oſtentatione beneficii
quiſquam ponduſ gratie ſue uim meriti pro
fitetur alieni · quiſquam deniq; quod indul
get quia obnoxio deferatur pretium ma
uult uocare q̃ donum. Certent huic ſenten
tie & homerici oratoreſ ſubtiliſ deducta
oratione menelauſ & inſtar profunde gran
diniſ · Itacenſium ductor & melleo delibu
tuſ eloquio iam tertie neſtor etatiſ. Sed
neq; ille concinnuſ eloquetur · qui ſe laconi
ca breuitate collegit · neq; ille contortiuſ q

cum ſenſibus uerba glomerauit: nec iſte dul
cius: cuius lenis oratio mulcendo potius q̄ ex
torquendo perſuaſit. Soluere dicis te quod
debebas & debiturum eſſe cum ſolueris. Au
guſte iuuenis celi tibi & humani rector hoc
tribuat: ut prelatus antiquis, quos etiam
elegantia ſententie iſtius anteceſſiſti uincas
propria ſingulorum in menelao regiam di
gnationem in ulixe prudentiam in neſtore
ſenectutem. Subiiciet aliquis iſta etiam
adeptus es. Sed effare quo merito. Quid
me oneras ſciſcitator? rationem felicitatis
nemo reddit. deus & qui deo proximus ta
cito numerus diſpartit arbitrio & beneficio
rum ſuorum indignatus per homines ſtare
iudicium mauult de ſubditis dediſſe mira
culum. quo ſi quis merito ego nullum ſcio
niſi quod tu piiſſime imp debere dicis te
& hoc debere latiſſime pertinet ſiue hoc
eruditionis tue fenus exiſtimas, ſiue te
pondere ſine fenore gloriam liberalitatis
affectas, ſiue te pōdere concepte ſponſioīs
exoneras, ſeu fidei commiſſum patris
exoluis, ſeu magnanimitate celeſti oſten
tatione ſuppreſſa dei munus imitaris. De
bere te dicis? cui? quando? quo nomine?
lege ſyngrapham, nomina creditorem acce

Tabule accepti et expensi

pti & expensi tabule conferantur uidebiſ alio
ſumme iſtiuſ tranſire rationem. Tibi cepit
deuſ debere pro nobiſ. Quid autem michi
debeſ gratiſſime imp. Patitur enim humani
taſ tua ut preter regiaſ uirtuteſ priuata
appellatione lauderiſ. Tu quid michi debeſ?
& contra quid non ego tibi? an ne q docui?
hoc ego poſſum uerius retorquere dignum
me habitum qui docerem tot facundia doc
trinaq; preſtanteſ indignata in me dignatione
preteritoſ: ut eſſet quem tu matura in etate
ſuccinctum per omneſ honorum graduſ fe
ſtinata bonitate peruehereſ timere ut uide
riſ: ut in me uita deficeret dum tibi adhuc
aliquid quod debereſ preſtare ſupereſſet.
Negat ci. conſulariſ ultra ſe habere quod
cupiat. Ego autem iam conſul & ſenex ad
huc auiditatem meam fatebor te uidere
ſepiuſ in hoc magiſtratu Gratiane deſidero.
ut & ſex Valerii Coruini & VII C. Marii
& cognominiſ tui auguſte tredecim conſu
latuſ unuſ equipereſ. Plureſ tibi pot etaſ &
fortuna tua preſtare. Verum ego
parcior quia tu in munere liberalior. Ipm
enim te ſepiuſ hre honore defraudaſ. ut
& aliiſ largiariſ. Sciſ enim imperator doc
tiſſime rurſum enim utar laude priuata

t domitiani

ſeiſ inquam ſeptem ac x · dominationi cō
ſulatuſ quoſ ille inuidia alteroſ prouehedi
continuando conſeruit ita in eiuſ auiditate
deriſoſ ut hoc enim pagina ſuorum faſtorū
numero faſtidiorum fecerit inſolentem nec
potuerit preſtare felicem Q ſi principi ho-
noriſ huiuſ temperata & que uocantur aurea
debet eſſe mediocritaſ quid priuati ſtatuſ
hominibuſ quid equanimiſ quid iam ſenibus
erga ſe oportet eſſe moderaminiſ Ego q̄d
quod ad honoreſ meoſ pertinet ut uota ſatu-
ranti Tu tamen imp. optime et piiſſime
tu quem non fatigat liberalitaſ tu quādo
ceſſant Tu inquam indulgentiſſime Gra-
tiane ut ad benefaciendum ſubito eſ nec
opinuſ ingenio adhuc aliquid quod hoc
nomine michi preſtetur inuenieſ Sic
intellexere omneſ ſic nobiſ ordinem ipſe
feciſti Sic amicuſ deo eſ ut a te iam im-
peratum ſit quod optatur a quo & non
en dum optamuſ adipiſcimur Et rurſum
aliquiſ adiciet aut ſermone libere aut
cogitatione liberiuſ Non ne olim &
apud ueteres multi eiuſmodi doctoreſ fue-
runt An tu ſoluſ preceptor auguſti In
hoc ego cum multiſ coniunctuſ officio ſed
cum paucisſimiſ ſecreto exemplo Nolo

constantini temporum tacare collegas cesares
docebantur. superiora contingam. Diues se-
Seneca neca nec tamen consul arguetur rectius quam
predicabitur non erudisse indolem Neronis
sed armasse seuitiam. Quintilianus consularia
Quintilianus per crementa ornamenta sortitus honestamen-
ta nominis potius uidetur quam insignia pre-
stantes habuisse. quo modo Titianus magister
Sed gloriosus ille municipalem scholam
apud uisontionem. lugdunumque uariando
non etate: sed etiam utilitate consenuit.
Unica michi & amplectenda est Frontonis
Fronto imitatio. quem talem augusti magistrum
sic consulatus ornauit: ut prefectura non
cingeretur. Sed consulatus ille: cuius or
dinario suffectus bimestri spatio interpo
situs in vi anni parte consumptus ut
ut liquerit tantus orator: quibus consulibus
gesserit consulatum. Ecce aliud quod ali-
quis opponat. in tantum te oratoris fastigium
te gloriosus attollis. cui talia requirenti
respondeo breuiter. Non ego me conten
do frontoni. Sed antonio prefero Gra-
tianum celebrantem quidem solemnes
istos dies omnes ubique urbes que sub le-
gibus agunt & roma de moribus &
constantinopolis de imitatione. Antiochia

pro luxu & carthago distincta & domum .
fluminis alexandria . Sed ereum principis
beneficio & mox eum ipse auctore benefici
loca inter se distant : uota consentiunt Vnius Gratiani laudes
in ore omnium Gratianus potestate imp. uir
tute uictor Augustus sanctitate pontifex
religione indulgentia pater etate filius . +
pietate utrumq. Non possum fidei causa oste
dere imagines maiorum meorum ut ait
apud Salustium marius nec deductum ab
heroidibus genus ad deorum stemma re
plicare : nec ignotas opes & patrimonia spasa laudes auctoris
sub regnis sed ea que nota sunt dicere po
tius q̄ predicare patriam non obscuram fa
miliam non penitendam domum innocente
innocentiam non coactam angustas opes
uerumtamen libris & liberis dilatatus fra
gilitates sine sordibus ingenium liberale
animum non illiberalem Victum uestitu
supellectilem mundam non splendidam
ueteribus ut illis consulibus excepta q̄tū
erat balearium celatione uirtutum Si q̄s
me conferre dignetur sep opulentiam
non derogaturus industriam . Verum
quoniam gratiis agendis iamdudum suc
cumbo materie Tuq. orationi mee Gratia
ne succede Tu gratiane qui hoc nomen

ſic per fortunam adeptuſ eſ ut nemo uerius
ambitione queſierit Neq; enim iuſtiuſ metel
lo cognomento piuſ patre reuocato qui eſſet
impiuſ excuſante aut uerius Sylla felix
qui felicior ante q̃ uocaretur q̃ tu gratianuſ
cui & hoc nomen eſt & illa metelli Sylleq;
cognomina Tu inquam Gratiane qui hoc nō
ſingulis factiſ ſed perpetua gratie agende
benignitate meruiſti cui niſi ab auo deduc
tum eſſet ab omnibuſ adderetur Tu ipſe tibi
inquam pro me gratiam refer tu tueq; uirtu
teſ bonitaſ qua in omneſ prolixuſ eſ perpe
tuuſ in me pietaſ qua orbem tuum tem
peraſ quam in ulciſcendo patruo probaſ
tuendo in fratre cumulaſ ornando in pre
ceptore multiplicaſ Agat gratiaſ clementia
quam humano generi impertiſ liberalitaſ q̃
ditaſ omneſ fortitudo qua uinciſ & menſ
iſta aurea quam de communi deo pluſ q̃
uniuſ hauſiſti Agant & pro me gratiaſ
uoceſ omnium galliarum quarum profec
to hanc honorificentiam detuliſti ultra
progredior & hoc quia debere te dicis agat
que optime agere poteſt uox iſta quam
docui iam dudum autem que grati animi
tam ſermoniſ exigui ut ſupradictum eſt
ſuccumbo materie neq; adhuc illa pſtrixi

que ne infantiſſimuſ quidem niſi idem impiuſ-
ſimuſ eminentiam per famam & omnium gla-
diuſ teſtata ſupprimeret · que ſupra uireſ dicen-
di meaſ poſita cunctor attingere aut ingrati
criminie arguenduſ · aut temerarii poſſeſſione
culpanduſ · tamen alterum cum ſubeundum
ſit audaciam q̄ maliuolentiam malo rep̄hendi.
Tu auguſtiſſime uenerabiliſ diſtricto maximo
bello aſſultantibuſ tot milibuſ barbarorum
quibuſ danubii ora p̄texitur comitia conſula-
tuſ mei armatuſ exerceſ. Tributa iſta · que
in urbe Syrmio geruntur · an que in procinc-
tu centuriata dicentur · an ut quondam po-
tificalia uocabantur ſine arbitrio multitudi-
niſ ſacerdotum tractata collegio ſic potiuſ uo-
centur · que tu pont · max · deo principat⁹
habuiſti. Non eſt ingenii mei piiſſime imp.
talia comminiſci uerba ſunt litterarum tuarū,
quibuſ apud me auctem ſummi nūiſ & tue
uoluntatiſ amplificaſ. Sic enim loqueriſ cū
de conſulibuſ creandiſ in annum ſoluſ mecū
uolutarem · ut me noſti · atq; ut facere debui
ut uelle te ſciui · conſilium meum ad deum
retuli · euiuſ auctoritati obſecutuſ te conſule
deſignaui & declaraui & priorem nuncupa
ui · cuiuſ orationiſ ordo lucidior · que
doctrina tam diligenſ propriiſ comitiorū

uerbiſ loqui · nec uocabuliſ moriſ antiqui no-
mina peregrina miſcere · Valete modo claſſeſ
populi & urbanorum tribuum prerogatiue
& centurie iure reuocate · que comitia plenio-
ra unquam fuerunt q̄ quibuſ preſtitit deuſ
conſilium imp obſequium · & non ergo piiſ-
ſime imp · ne faſtidiiſ auditori ſacri dic-
torum tuorum timiduſ interpreſ offendam
diuinitatiſ tue prolem cum piaculo uerba
tranſfero Cum de conſulibuſ
inquiſ in annum creandiſ erudita uox &
cura mecum uolutaret · o profundi altitudo
ſecreti habeſ ergo conſiliatorem & non metuiſ
proditorem · ut me noſti : ut facere debui · ut
uelle te ſcim · Quid familiariuſ · quid conſtã-
tiuſ · quid blandiuſ dici poteſt · Conſilium
meum ad deum retuli & quemadmodum
ſoluſ cui preſto eſt tam grande concilium
an pleniuſ cum ſenatu · cum equeſtri ordine
cum plebe romana · cum exercitu tuo &
prouinciiſ omnibuſ deliberaſſeſ · Conſiliũ
meum ad deum retuli · non ut credo no-
uum ſummereſ · ſed ut ſanctiuſ fieret
quod uolebaſ eiuſ auctoritati ſubſecutuſ ſ.
ut in obſecrando patre · in ulciſcendo pruo
in coaptando fratre · feciſti te conſulem de-
ſignaui & declaraui & priorem nũc uocaui -

Non fit hoc temere. habet moraſ ſuaſ diſparis
gradibuſ tam matura cunctatio. haſ ego litte-
raſ tuaſ ſi in omnibuſ pyliſ atq; porticibuſ un
de plano legi poſſunt inſtar edicti pendere
mandauero: nonne tot ſtatuiſ honorabor:
quot fuerunt pagine libellorum? Sed ad
blandiora feſtino. ab hac enim litterarum a
me datarum parte digreſſuſ eo quoq; deſcendiſti
ut quereres qualiſ a me abea mitteretur. omne
largitionum tuarum miniſterium ſolicitu-
dine fatigaſti. Non ergo ſupra conſulatum
michi eſt adhibita per te curatam pro me dili
geris cura tam felix in illyrico arma quatiuntur
Tu mea cauſa per gallias ciuilium decorum
indumenta diſpenſaſ loricatuſ de toga mea
tractaſ in procinctu & cum maxime dimica
turuſ palmate ueſtiſ mee ornamenta diſponiſ
feliciter & bono omine. Namq; iſte habituſ
ut in pace conſuliſ eſt: ſic in uictoria trium-
phantiſ. Parum eſt ſi qualiſ ad me trabea mit-
tatur: interrogeſ te coram promi iubeſ. nec
ſatiſ habeſ: ut largitionum miniſtri ex more
fungantur. eligiſ ipſe de multiſ & cum ele-
geriſ munera tua uerborum honore proſe-
queriſ. palmatam inquiſ tibi miſi: in qua
diuuſ conſtantiuſ parenſ noſter intextuſ
eſt. hec plane picta ut dicitur ueſtiſ non

magiſ auro ſuo q̃ tuiſ uerbiſ Sed multo plura
ſunt in euiſ ornatu · que p̄te inſtructuſ intel
ligo · gemmarum quidem in habitu uno radiat
nomen auguſti Conſtantinuſ in argumento ue
ſtiſ intexitur Gratianuſ in muneriſ honore
ſentitur Acceſſit in inpenſo beneficio tuo po
duſ quorundam ſciſcitatione cumulatum In
terrogatuſ quem priorem decerneres conſulē
nec dubitandum eſſe dixiſti tu & qui tecum
boni ſunt dubitare non poterant · Sed tn̄
ad hoc dictum erexerant animoſ qui libenter
clariſſimum Virum collegam meum quem
preſentes habebat occaſio prelatum credidiſſet
fatigantes tamen quod intellexerant require
bant hic tu ſicut mihi renuntiatum eſt noto
illo pudore tuo paulisper heſiſti · non ratione
ambiguuſ · ſed eorum dubitationem uultu &
rubore condemnanſ · qui ſtudium ſuum inter
pretationiſ errore palpabant Deinde illico
ſubdidiſti quod de duobuſ conſulibuſ deſig-
tiſ queritiſ quiſ ordo ſit nuncupationiſ an
ne alium quem prefectura conſtituit ó feli
cem uerecundiam tuam cui iſta popularis
ratio tam prudenter occurrit Sciſti aliud
Gratiane quod diceres Sed propter quorun-
dam uerecundiam dicere noluiſti ſcopuloſuſ
me mihi locuſ eſt & propter eam quam

nunquam appetiui gloriam recuſandus cũ
prior renuntiatus ſim ſatis eſt tuum tenere
iudicium. Interpretes ualete meritorum. Nec
ut ego ſacratiſſime imp. in tenui beneficio gra
dus munificationis amplector. Non eſt hec
gloria ignota Ciceroni. pretorem me inquit
p. r. primum fecit conſulem priorem. ex ipſa
eius ſententia intelligitur commendabilius ei
uideri quod pluribus eſſe propoſitum. nulla
eſt equidem contumelia ſecundi. ſed in duobus
gloria magna prelati. Alexandri macedonis
hec fertur cum legiſſet illos homericos uerſus
quibus hectore prouocante de nouem ducibus
qui omnes cupiebant pugnare unum deligi
placeret ſortis euentu. trepida ubi conceptione
uotorum iouem optimum maximum totus
precatur exercitus. ut aiacem uel tydei filium
uel ipſum regem ditium mycenarum ſorti permittat
agamemnonem occidere inquit illum qui me
tertium nominaſſet. o magnanimitatem for-
tiſſimi uiri nominari inter nouem tertius re-
cuſabat. ubi certe pluribus antecelleret quam ſubeſ-
ſet quanta hic uerecundia grauaretur poſte-
riore de duobus. eſt enim in hoc numero ardue
plena dignationis electio. cum uniuerſis morta
libus duo qui fiant conſules preferuntur. quam
alteri preponatur non uni ſed omnibus antefert.

Expectare nunc aureſ preſentium ſcio · uultu
intelligo · quod deſiderio concipiatur animo
rum · Exiſtimant enim cum ea que ad grateſ
agendaſ pertinebant ſummatim & ore filio hic
dicitur deducta libauerim aliqua me etiam
de maieſtatiſ ſue laudibuſ debere perſtringere
quanquam me iſtam dixerim ſepoſuiſſe ma-
teriam & in tempuſ aliud reſeruare : nichilo
minuſ tamen ut aliqua contingam nutu &
prope murmure cohortantur · itaque faciam
quando cogunt uolentem ; ſed maioribuſ ſepa
ratiſ teneriora memorabo nulla ſpe ad plenum
exequendi ; Sed uniuerſi ut intelligant eorum
que in te predicanda ſunt a me poſcendam eſſe
notitiam ab aliiſ dignitatem · nec excellentia
ſed quotidiana tractabo · Nullum tu unquam
diem ab adoleſcentia tua niſi adorato dei numine
& reuſ uoti ut illico abſolutuſ egiſti lautiſ
manibuſ · mente pura · immaculata conſcientia
& quod in paucis eſt cogitatione ſincera · Cuiuſ
autem unquam egreſſuſ auſpicatior fuit · aut
inceſſuſ modeſtior · aut habitudo cohibitior ·
aut familiariſ habituſ decentior · aut militariſ
accinctior · in exercendo corpore quiſ curſu
tam pernicitate incitauit ? quiſ paleſtram tam
lubricuſ expediuit ? quiſ ſaltum in tam ſub-
lime collegit ? nemo adductiuſ iacula contor-

fit: nemo ſpicula crebrius iecit aut certius de-
ſtinata percuſſit. Mirabantur poetam qui in
frenos dixerat numidas & alterum qui ita
collegerat: ut diceret in equitando uerbera
& precepta ee fuge & precepta diſcendi. obſcu-
rum hoc nobis legentibus erat. Intelleximus
te uidentes cum idem arcum intenderes &
habenas remitteres aut equum ſegnius euntē
uerbere concitares uel eodem uerbere intem-
perantiam coerceres. qui te uiſi ſunt docuiſſe
non faciunt: immo qui uiſi ſunt docuiſſe nūc
diſcunt. In cibis autem cuius ſacerdotis ab-
ſtinentior cerimonia? in uino cuius menſa
ſenis frugalior? operto conclaui tuo non
ſanctior ara ueſtalis, non pontificis cubile ca-
ſtius: nec puluinar flaminis tam pudicum in
officiis amicorum non dico paria reddis, an-
teuenis: & quotiens in obſequendo preceſſi-
mus erubeſcis pudore tã obnoxio q̃ in nobis
eſſe deberet ab imperatore preuentis in illa
uera fide: ut ex more loquimur conſiſtorii
ut ego ſententioſa tu nullus
inquam ſuperiorum aut dicenda penſius co-
gitauit: aut conſultius cogitata diſpoſuit aut
diſpoſita maturius expediunt. Et aliqua de
oratoriis uirtutibus tuis dicerem: niſi uererer
mihi gratificari. Non enim ſulpitius acrior

in contionibuſ · nec maior iſ gracchi commen-
dabilior modeſtia fuit · nec patriſ eiuſ grauior
auctoritaſ · qui tenor uociſ cum incitata pro-
nuntiaſ · quae conflexio cum remiſſa · quae te-
peratio cum utraq; diſpenſaſ · quiſ oratorum
leti iocundiuſ facunda cultiuſ pugnantia den-
ſiuſ denſa glomeratiuſ aut dixit aut quod eſt
liberum cogitauit · Vellem ſi rerum natura pa-
teretur xenophon attice in eiuſmodi uirum ue-
nireſ · tu qui ad cyri uirtuteſ exequendaſ uo-
tum potiuſ q̄ hiſtoriam commodaſti · cum di-
cereſ non qualiſ eſſet · ſed qualiſ eſſe deberet
Si nunc in tempora iſta procedereſ in noſtro
Gratiano cerneres · quod in cyro tuo non uidebaſ ·
ſed optabaſ · Atq; iſta omnia · quae punctiſ quibuſ-
dam acuminata ſignaui · ſi facundia pro uolun-
tate ſuppeteret · quanquam non coprioſaſ exe-
querer ubertatem rerum magnitudine ſugge-
rente · Sed nec huiuſ diei neq; huiuſ iſta
materie · Qui dicturi eſtiſ laudeſ principiſ
noſtri habetiſ uelut unde ſeminarium oratio-
num ueſtrarum iugera compleatiſ · Ego iſta
perſtrinxi · atq; ut ſciunt omneſ poſſum uideri
familiari notitie ſecretiuſ interpreſ domeſtica
iſthec non tam predicare q̄ prodere · Atq; ut
iſta dixi de cognitiſ michi atq; intra aulam
familiaribuſ poſſem pari breuitate dicere ſu-

periora. Emendatiſſimi uiri eſt pigenda non fa
cere. at tu nunquam penitenda feciſti & ſemp
ueniam petentibuſ obtuliſti. Pulchrum eſt indul
gere timentibuſ. Sed tu perpetue bonitatiſ
edituſ occurriſti omnibuſ ne timerent. magni
ficum largiri honoreſ. tu honoratoſ etiam li
beralitate ditaſti. laudabile eſt imperatorem
faciles interpellantibuſ prebere adituſ nec de
occupatione cauſari. tu confirmaſ adire cunc
tanteſ & querimoniiſ explicatiſ. ne quid ad
huc ſileatur interrogaſ. Celebre fuit titi ceſ
dictum perdidiſſe ſe diem. quo nichil boni
fecerat. Sed celebre fuit quia Veſpaſiani ſuc
ceſſor dixerat. cuiuſ nimia parſimonia & au
ſteritaſ uix ferendam iam fecerat filii lenita
tem. Tu Valentiniano genituſ alta bonitaſ
preſenſ comitaſ temperata ſeueritaſ fuit pro
& condito opere optime rei. p. ſtatu. Intel
ligiſ poſſe te eſſe leniſſimum ſine diſpendio di
ſcipline. Neq uero unum aliquod bonum
uno die preſtanſ & indulgentiaſ ſeculareſ per
ſingula horarum momenta multiplicaſ. Vel
illud unum euiuſmodi eſt de condonatiſ reſi
duiſ tributorum quod tu q̃ cumulata boni
tate feciſti. Quiſ unquam imperatorum hoc
prouinciiſ ſuiſ aut impariore indulgentia de
dit aut incertiore ſecuritate proſpexit aut

prudentia conſultiore muniuit. Fecerat &
Traianuſ ſed partibuſ retentiſ non habebat
tantum oblectationem conceſſi debiti portio
quanta ſuberat amaritudo ſeruati. & Anto-
ninuſ indulſerat. ſed imperii non beneficii
ſucceſſor inuidit qui ex documentiſ tabuliſ
q̃ populi condonata repetiuit. Tu argumēta
omnia flagitandi publiciter ardere iuſſiſti
uidere in ſuiſ queq̃ foreſ omneſ ciuitateſ cō-
flagratione tabuliſ incendii ardebant ſtirpeſ
fraudium ueterum. ardebant ſemina futu
rarum iam ſe cum puluere fauilla miſcuerat
iam nubibuſ fumuſ inuolauerat & adhuc
obnoxii in paginiſ concrematiſ ductaſ api-
cum & ſexterciorum notaſ cum iniacta
de ratione cernebant. q̃ meminerant lec-
tum legi poſſe & ueteres. Quid te impera
tor auguſte indulgentiuſ quid poteſt eſſe
conſultiuſ. que bona preſtaſ efficiſ ne cadu
ca ſint. que mala adimiſ proſpiciſ ne poſſit
eſſe rediuiua. Hec prouincialibuſ indulgentie
bona. quid illa noſtro ordini. quid illa mi
litibuſ antoniorum comitaſ fuit & tam āte
inde germanicorum cohorte amicorum &
legionibuſ familiariſ humanitaſ. Sed ego no
lo beniuolentiam tuam aliorum collatione
precellere. Abundant in te bonitatiſ &

uirtutiſ exempla que ſequi cupiat uentura
poſteritaſ. & ſi rerum natura pateretur aſcribi
ſibi uoluiſſet antiquitaſ neceſſe eſt tamen
aliquid comparari: ut poſſit intelligi bona
noſtra quo preſtent. Egrotanteſ amicoſ Tra-
ianuſ ſolebat uiſere hactenuſ in eo comitaſ pre-
dicanda eſt. Tu & uiſere ſolituſ & mederi
prebeſ miniſtroſ inſtruiſ ciboſ fomenta diſpē-
ſaſ ſumptum adiicis medelarum conſolariſ
affectoſ reualeſcentibuſ gratulariſ. In quot
uiaſ eiuſ una humanitate progrederiſ legio-
nibuſ uniuerſiſ & in communi marte euenit
ſi quid aduerſi acciderat. Vidi te circuiire
tentoria statim ſalute querere. tractare uul-
nera ſauciorum & ut ſalutifere opponerentur
medele. atq; ut non ceſſarentur inſtar. uidi
quoſdam faſtidienteſ cibum te commendante
ſumpſiſſe audiui confirmantia ad ſalutem uer-
ba profari occurrere deſideriiſ ſingulorum
huiuſ ſarcinaſ multiſ uehiculiſ uehere. hiſ ſpe-
cialia iumenta prebere illiſ miniſteria predio-
rum inſtaurare. lixarum aliorum egeſtatē
tolerare ſumptam horum nuditatem uelare
ueſtitu omnia agere. Inde feſſe & benigne
pietate maxima oſtentatione.
omnia prebere egriſ nil improbrare. Se-
natuſ inde cunctiſ ſalute noſtra carior

factum meruisti : ut haberes amicos obnoxios
promptos · fideles · in eum omne mansuros /
quales caritas potius q̄ natura conciliat . Con
cludam deinceps orationem meam piissime
auguste sermonis magis fine q̄ grē · namq;
illa perpetua est & spatio non transmeabili ter-
minum calcis ignorat Flexu tamen paruo
nec a te procul conuertar ad deum . Eterne
omnium genitor ipse non genite opifex &
cā mundi principio antiquior fine diuturnior
qui templa tibi & aras penetralibus initiatorū
mentibus condidisti Tu Gratianum humana
rum rerum domino eius medii seminarii
amoris molesti : ut nichil in digressu segnior
factus meminisset relictis illustraret habentē
presentibus anteferre · Deinde quia interesse
primordiis dignitatis · per locorum interual-
la non poterat ad solemnitatem condemni
honoris occurreret beneficiis ne deesset of
ficium que enim memoria : in qua memo
ria transcursum tante celeritatis uel in au
dacibus grecorum fabulis conuenta est · pe
gasus uolucer actis alicia non ultra ciliciam
permeaunt · Cillarus atq; arios inter agros
nemeamq; senuerunt · Ipsi castorum equi
quod longissimum interest · non nisi muta
to uectore transcurrunt Tu Gratiane tot

ro^ni limiteſ imperii tot flumina, tot la-
cuſ tot ueterum inter ſceptra regnorum ab
uſq. thraciam per totum q̄ longuſ eſt locuſ
illyrici uenetiam lyguriamq. galliam ueterē
inſuperabilia rhoetie rheni accolaſ ſequano-
rum inuia porrecta germanie celeriorem trā-
ſcurſum q̄ eſt properatio noſtri ſermoniſ euol-
uiſ nulla requie ocii ne ſomni quidem ut
cibi munere liberali galliaſ tuaſ inopinatuſ
illuſtreſ · ut conſulem tuum quamuiſ deſide-
ratuſ anticepſ · ut illam auraſ ipſam precedere
ſolet famam faciaſ tardiorem · hoc ſenectuti
mee · hoc honori a te datum ſupremuſ ille
imperii & conſiliorum tuorum deuſ conſciuſ
& arbiter & auctor incluſit : ut ſellam curulē
cuiuſ ſedem frequenter ornabiſ · ut pretextam
meam purpure tue luce fucatam & trabeam
non magiſ auro ſuo q̄ munere tuo ſplendidā
que ab illyrico ſermoniſ dignitaſ honeſtauit
apud galliaſ illuſtriora preſtareſ queſtorem
ut tuum prefectum · ut tuo pretorio conſulē
tuum & quod adhuc cunctiſ meiſ nomini-
buſ anteponiſ tuum · quem pia uoce decla-
rauerāſ iuſta ratione pretuleraſ liberali largi-
tate ditaueraſ auguſte dignationiſ officiiſ con
ſecrareſ.

De monoſyllabiſ

Miſi ad te tehnopegion inertiſ ocii mei inutile
opuſculum uerſiculi ſunt monoſyllabiſ cepti
& monoſyllabiſ terminati. Nec hic modo ſte-
tit ſcrupea difficultaſ: ſed acceſſit ad miseriā
concinandi: ut idem monoſyllabon quod eſſet
finiſ extremi · principium foret inſequentiſ.
Dic ergo o mora & o pena · rem uanam quip-
pe curam exigua eſt & faſtiditur in eo
& implicatur cum ſit aliquid nichil uel de-
prehenditur. Laboraui tamen ut haberet aut
hiſtoricon quippiam aut dialecticon · non poe-
ticam aut ſophiſticam leuitatem neceſſariaſ
obſeruationiſ excludit. Ad ſummam non eſt
quod mereriſ: ſed pauciſ litteriſ eſt cuiuſ mi-
ſereariſ: neq; emulari uelis. & ſic huc quoq;
deſcenderiſ maiorem moleſtiam capiaſ ingenii
& facundie detrimento. quam obleſtationem
imitationiſ affectu.

RES hominum fragileſ & regit & perenne ſorſ
Sorſ dubia eternumq; labanſ quam blanda fouet ſpeſ
Speſ nullo fine fine euo cui terminuſ eſt morſ
Morſ auida inferna mergi nequa nox
Nox ſortita uiceſ remeauerit aurea cum lux
Lux dono conceſſa deum cui perituſ eſt ſol
Sol cui nec furto ueneriſ latet armipotenſ marſ
Marſ nullo de patre natuſ quem threſſa colit genſ

G ens infrena uirum quibus in ſcelus omne ruit faſ
F as hominem mactare ſacris · ferus iſte loci moſ
M os ferus audacis populi · quem nulla tenet lex
L ex naturali quō condidit imperio iuſ
I us genitum pietate hominum ius certa dei mēſ
M ens que celeſti ſenſu rigat emeritum cor
C or uegetum mundi inſtar hēns animę uigor ac uiſ
V is tamen hec nulla eſt uerum eſt iocus & nichili reſ

Verſus monoſyllabis terminati exordio libero

AT in uetere uerbo eſt ſequitur ubi iam eſt ſimilium nugarum ſubtexo nequitiam & hi uerſiculi monoſyllabis terminantur exordio tamen libero · quanquam fine legitimo · Sed laboraui quantum poſſet uideri apud aures indulgentiſſimas abſurda contemneret inſulſa recıperent congruerent · denique haberent : ut amaram dulcedinem & inamenam uenerem & aſperam leuitatem · que quidem omnia inſuauis materia deuenuſtat lectio benigna conciliet · Tu quoque michi tua crede ſecurior · quippe meliora · Sed ut quod per adogionem cepımus · prouerbio firmamus mutuum muli ſcabant.

Prefatio quantum ad hec monoſyllabis laborum genera

Eu ula diis nature imitatrix omniparens arſ

P acato ut ſtudeat labor hic meuſ eſto operi dux.
A rcta inamena licet · nec congrua carminiſ lex
I udice ſub tanto fandi tamen accipiet iuſ
Q uippe & ridiculiſ data gloria ni prohibet forſ.

De membriſ hominum.

I H dicat ut pueriſ ſeptennia prima nouenſ denſ
P ubenteſ annoſ robuſtior anticipat uox
I nuicta & uentiſ & ſolibuſ eſt hominum fronſ
E durum nerui cum uiſcere conſociant oſ
P alpitat & requieſ uegetum tere ſacre calenſ cor
V nde uigent ſenſuſ dominatrix quoſ uegetat menſ
A tq; in uerba refert modulata lege loquax oſ
Q uam ualidum eſt hominiſ quota portio ceruleū fel
Q uā tenuem & mollem quantam fert corpoream cruſ
P ondere ſub quanto nr̄m moderatur iter peſ.

De [illegible]

S E pe in coniugibuſ fit noxia · ſi nimia eſt doſ
S exuſ uterq; potenſ preualet imperio maſ
Q ui recte faciet · non qui dominatur erit rex
V exat amicitiaſ & federa diſſociat liſ
I ncipe quicquid agaſ · pro toto eſt prima opiſ pſ
I nſinuat celo diiſ · que iuſſerit emeritoſ lauſ
& diſciplinis confecta eſt & uitiiſ urbſ
O mnibuſ in tutiſ munitior urbibuſ eſt arx
A uro magnuſ honoſ · auro pretium tamen eſt eſ
L onga dieſ operoſa uiro . ſed temperieſ nox
Q ua caret ethiopum plaga peruigil irrequieſ gēſ

S emper ubi eterna uertigine clarat lux .

De monoſillabis celorum

S unt & celicolum monoſylla prima deum faſ
Q ue themiſ eſt graiis poſt hanc rhea que latiſ opſ
T um iouiſ & tonſi germanuſ tartareuſ diſ
& qui quadriiugo curru pater inuehitur ſol
Q uiq; truceſ belli motuſ ciet armipotenſ marſ
Q uem nunquam pietaſ nunquam bona ſolicitat pax
N ec cultor nemorum reticebere menalideſ pan
N ec genuſ hoc hominum larunde progenituſ lar
F luminibuſq; italiſ prepollenſ ſulfureuſ nar
Q ueq; p(er)iurat diuum periuria nocticolor ſtyx
V eliuoliq; mariſ conſtractor leucatonoſ lybſ
& nunquam in dubiis hominum bona deſtitueſ ſpeſ.

De cibis noſtris

N ec noſtroſ reticebo ciboſ quoſ priſcuſ habet moſ
I ritamentum quibuſ additur equoreum ſal
C ommuniſ pecoriq; olim cibuſ atq; hominum glanſ
A nte equidem campiſ q(uam) ſpicea ſupperet frux
M ox ador atq; adoriſ de polline pultificum far
I nſtruxit menſaſ que quondam romulidum plebſ
H inc cibuſ hinc potuſ cum diluer etur aqua pulſ
E ſt inter frugeſ morſ piper equiperanſ git
E t peluſiaco de nomine plena tereuſ lenſ
& duplici defenſa putamine quinq; genuſ nux
Q uodq; cibo & potu placiduſ labor apum mel
N auite liquor iſte noue cum ſumma natat fex

De fabuliſ & hiſtoriiſ

Solamen tibi phebe nouum dedit oebaliuſ floſ
Flore alio reuſ eſt narciſſi morte ſacer fonſ
Cediſ adonee mala gloria fulmineuſ ſuſ
Ferturum laphitam iunonia ludificat nubſ.
Ludit & eacidem parnaſia delphicole ſorſ
& furiata oeſtro tranat mare cymerium boſ
Non ſine amadrialiſ fato cadit arborea trabſ
Quo generata uenuſ ſaturnia deſecuit falx
Saua inter rupeſ ſcythicaſ ſtetit alitibuſ crax
Vnde prometheo de corpore ſanguineuſ roſ
Aſpergit cauteſ & dura aconita creat coſ
Ibicuſ ut periit uindex fuit altiuolanſ gruſ
Eaide ad tumulum mactata eſt andromacheſ gloſ
Carcere in argiuo philopemea lenta adiit morſ
Sera uenenato potu abſtulit hannibalem nex
Vltrix flagrauit de rupibuſ euboicaſ fax.

De quibuſdam fabuliſ.

Stat iouiſ ad cyathum generat quem dardanuſ troſ
Prepetibuſ penniſ ſuper aera uectuſ homo creſ
Intulit inceſtam tibi uim philomena feruſ thrax
Barbaruſ eſt lyduſ ſeruuſ zeta femineuſ phryx
Reſ aſie quantaſ leto dedit immeritaſ frauſ.
Nota in portentiſ thebana tricorporiſ ſphinx
Nota & paruorum caniſ muliebre ſceluſ ſtryx

De commoditate ueriſ

Annuſ ab exortu cum floriferum reſerat uer

C uncta uigent genuſ omne · uiret · nitet auricomū ruſ
& paſſura umbraſ radicituſ exigere ſtirpſ
N on denſo ad terram lapſu glomerata fuit nox
F lorum ſpirat odor libani · cui montiſ honor tuſ
I am pelago uolitat mercator ueſtifluuſ ſer.

Per interrogationem & reſponſionem

Q uiſ ſubit in penam capitali iudicio · uaſ
Q uid cum liſ fiat numaria · quiſ dabitur · praeſ
Q uiſ in trimallonem contenditur equina · ereſ
I nter uirtuteſ · quod nomen mercurio · fur
T huribula & patriae · que tertia uota deum · lanx
C incta mari quenam telluſ creat hippocratem · con
G rex magiſ in regnum minoida ſollicita grex
Q uid preter nubem pheacibuſ impoſitum · moſ
D ic ceſſante cibo ſomno · quiſ opimior eſt · gliſ
T ergora dic clipeiſ accommoda que faciat · gluſ
S ponte ablatiui caſuſ · quiſ rectuſ erit · ſponſ
Q uiſ fluitat pelago · quod non nata in fluuio · pix
B iſſenaſ parteſ quiſ continet equipareſ · aſ
T ertiaſ defuerit ſi portio quid reliquum · beſ
E t logo dedalea ſtride modo · quod nimium trux
F r..ola condemnaſ · neq̄ quoq; cum ꝑtio ē merx
S cire uelim catalecta legenſ · quid ſignificet · tau
I mperium · litem · uenerem · cui una notet reſ
S it ne peregrini nominiſ an tu ſil
L iminibuſ in geminiſ conſtratuſ ponte ſitan ponſ
B ucolico ſepe hoc dixit maro cum cicero ſepſ

V ox ſolita & cunctiſ notiſſima ſi memoreſ lac
C ur condemnetur ratio magiſ ut faciat lac
A n libye ferale malum ſit romula uox ſeſ
S i bonuſ eſt inſonſ contrariuſ & reuſ eſt ſonſ
D iueſ opum cur nomen habet an de ſtygio diſ
V nde rudimuſ ait diuum domuſ altiſonum cel
& caniſ de moreq; aſtruitendo ſuam do
A ut de fronde loquenſ cur dicat populea fruiſ
E t quod non numquam preſumit letificum gau
S ed quo progredior que finiſ quiſ moduſ & calx.
I ndulge pauline bonuſ doctuſ faciliſ uir
T otuſ opuſ hoc ſparſam crimiſ uelut antiphile pax.

Latebat inter nugaſ meaſ libelluſ ignobiliſ. utq;
latuiſſet neq; inditio ſuo tanquam ſorex periret.
hunc ego cum uelut gallinaceuſ
ſitu chartet pulueriſ eruiſſem. excuſſum relegi
atq; ut auiduſ fenerator improbum numerum
malui occupare q condere. cogitanſ mecum nõ
illud catullianum cui dono illepidum rudem
libellum non diu queſiui. Tu enim occurriſti:
quem ego ſi michi poteſtaſ ſit. r. omnibuſ di
ligendi unum ſemper elegerim. Miſi itaq;
ad te friuola gerriſ ſiculiſ uaniora: ut cum
agiſ nichil hec legaſ & nichil agaſ defendaſ
igitur iſte nugator libelluſ iam diu ſecreta:
ſed uulgi quidem lectione laceratuſ peruenit

eandem in manus tuas: quem tu aut esculapius
redintegrabis ad uitam aut ut Plato iuuante
uulcano liberabis infamia si peruenire non
debet ad famam. Fuit autem ineptiole huius ista
materia in expeditione, quod tempus, ut scis
licentie militaris est super mensam meam facta
est mutatio non illa de ludibrio conuiuio ut
greco more liberetur. Sed illa de flacci egloga
in qua propter mediam noctem & nouam lunam
& murene auguratum ter nos ter cyatus attonit⁹
petis uates. hunc iocum de trinario numero illi-
co nostra illa poetica scabie cepit exculpere. cui⁹
morbi q̄ facile contagium est. Vtinam ad te quoq;
prurigo commigret: ut fuco tue condemnationis
adiecto impingas spongiam que imperfectum
opus equi male spumantis absoluit. Ac ne
me gloriosum neges: cepto inter prandendum
uersiculos. ante cene tempus absolui. hoc est
dum bibo & paulo ante q̄ biberem. Sit ergo
examen pro materia & tempore: sed tu quoq;
hoc ipsum paulo hilarior & dulcior lege. Naq;
iniurium est de poeta male sobrio lectorem ab-
stemium iudicare. Neq; me fallit fore aliquē
qui hunc iocum nr̄um acutis naribus & capera-
ta fronte condemnet. negetq; omnia que ad
trinarium & nouenarium numeros pertinent
angusse quem ego uerum dicere fatebor iuste

negabo . Quippe si bonus est . que omisi non
oblita michi : sed preterita existimet . Dehinc
qualiscumque est cogitet secum quam multa de his
non repperisset si ipse quesisset . Sciat etiam
que me neque omnibus erutis usum & quibus
dam oblatis abusum . Quam multa enim de ter
nario sciens neglexi tempora & personas ge
nera & gradus novem naturalia metra cum
trimetris totam gratiam atticam & musicam
librosque medicinos . Ter maximus hermem
& amatorem primum philosophie Varronisque nu
meros & quicquid profanum uulgus ignorat
Postremo quod facile est cum ipse multa inue
nerit comparet se atque me occupatum cum ocioso
pransum cum abstemio iocum & ludum meum
diligentiam & calumniam suam . Alius enim
alio plura inuenire potest . nemo omnia . Quod
si alicui esse obscurus uidebor apud eum me
sic tuebere primum eiusmodi epillia . nisi uel obscu
ra nichil   . Deinde numerorum na
turam non esse scriptum : ut sine modo sint
postremo si etiam tibi obscurus fuero . cum nichil
neque neglectum est neque non intellectum . Tu
uero ego beatus quod affectaui assequar me
ut requiras me desideres de me cogites Vale

TEr bibe uel totiens ternos sic mystica lex est

V el tria potanti uel ter tria multiplicanti
I mparibuſ noueſ ternis contexere celum
I uriſ idem tribuſ eſt quod ter tribuſ omnia miſtiſ
F orma hominiſ cepti plenicq; exactio partuſ
Q uiq; nouem noueſ fati tenet ultima finiſ
T riſ ope progeniti fratreſ triſ ordine parte
V eſta cereſ & iuno ſecuſ muliebre ſororeſ
I nde triſulca ioui ſunt fulmina cerberum
I nde tridenſ triplexq;   cum fratrib; omū
T er noua neſtoreoſ implerunt purpura fuſoſ
& totienſ trino cornix uiuacior euo
Q uam noueſ terni glomerantem ſecula tractuſ
V incunt eripedeſ triterno phebeiuſ oſten
Q uem noueſ ſenior gangeticuſ anit aleſ
A leſ cynnameo radiatuſ tempora nido
T ergemina eſt echate tria uirginiſ ora diane
T riſ charitaſ, tria fata, triplex uox trina elemta
T riſ in trinacria ſyreneſ omnia trina
T riſ uolucreſ triſ ſemidee triſ ſemipuelle
T er tribuſ ad palmam iuſſe certare camene
O re, manu, flatu buxo, fide uoce canenteſ
T riſ ſophie parteſ, tria punica bella, trimeſtreſ
A nnorum celiq; uiceſ, noctiſq; per umbram
T ergemini uigileſ, ter clara inſtantiſ eoi
S igna canit feruſ depreſſo marte ſatelleſ
& qui conceptuſ triplicat de ueſpere noctiſ
I uſſa quater terniſ ſuſpendit opima tropheiſ.

Et lyrici uateſ numero ſunt nemo ſententiarū
Triſ ſoliſ quondam tenuit quoſ dextera phebi
Sed citheron totienſ ternaſ ex ore ſacrauit
Religione patrum quiſ expauiſſe timebant
Trina tarentino celebrata trinoctia ludo
Qualia biſ genito thebiſ trieterica baccho
Triſ primaſ thracum pugnaſ tribuſ ordine felliſ
Iunia de patri inferiaſ miſere ſepulchro
Ille etiam thalamoſ per trina enygmata querenſ
Quiſ bipeſ & quadrupeſ & triplex omnia ſoluſ
Terruit auniam uolucriſ leo uirgo triformiſ
Sphynx uolucri penniſ, pedibuſ fera· fronte puella
Trina in tarpeio fulgent conſortia templo
Humana efficiunt habitacula· qter genuſ arteſ
Parietibuſ qui ſaxa locant· qui culmine tigna
Et qui ſupremo fucat tentoria luctu
Hinc bromii quadrantal & hinc ſicana medimna
Hoc tribuſ· hoc geminiſ tribuſ explicat uſuſ agēdi
In phyſiciſ tria prima deuſ munduſ data forma
Triſ genuſ omnigenum genitor genitrix generatū
Per trinaſ ſpecieſ trigonorum linea curru
Equi latuſ uel rure paret idem nominibuſ impar
Triſ coit in parteſ numeruſ perfectuſ ut idem
Cum grege ter terno per ter tria diſſoluatur
Triſ primuſ par impar habet mediumq; ſed ipſe
Quin mediuſ quinq; & ſepteno diuidit uniſ
Et numero in toto poſituſ ſub acumine centri

D eſtinguit ſolitoſ   pereunte trienteſ
E quipareſ parteſ dirimeſ ex impare terno
& paribus triplex medium cum quatuor & ſex
B iſq. quaternorum ſecernitur omphaloſ idem
I us triplex tabule quod ter ſanxere quaterne
S acrum ciuatum & populi commune qđ uſq̄ eſt
I nterdictorum trinum genuſ · unde repulſuſ
V i fuero aut utrobi fuerit quorumue bonorū
T riplex libertaſ capitiſq. minutio triplex
T rinum dicendi genuſ eſt ſublime modeſtum
& tenui filo triplex quoq. forma medendi
Q ue logoſ aut methodoſ cuiq. experientia nomen
& medicina triplex ſeruare cauere mederi
T riſ oratorum cultuſ regnata coloſſo
Q uem rhodo actee quem dilexiſtiſ athene
& quem de ſcenis tetrica ad ſubſellia traxit
P roſa aſie in cauſiſ numeroſ imitata chororum
O rpheuſ hic tripodeſ qua ſunt tria terrea qua flame
T riplex ſideribuſ poſita diſtantia forma
& moduſ & genitrix modulorum muſica triplex
M ixta libriſ ſecreta aſtriſ uulgata theatriſ
M artia roma triplex equitatu plebe ſenatu
H oc numero tribuſ & ſacro e monte tribuni
T riſ equitum pugne tria nomina nobiliorum
N omina ſunt chordiſ tria ſunt tria nomina menſi
G eryoneſ tripliceſ triplex compago chimere
S ylla triplex commiſſa tribuſ cane uirgine piſce

G orgones harpyeq; trine ordine trino
& trifatidice nomen commune sibylle
Q uarum tergemini fatalia carmina libri
Q uos terquinorum seruat cultura uirorum
T er bibe tris numeros · super omnia ter deus unus
h ic quoq; ne ludus numero transcurrat inerti
T erdecies ternos habeas noueneq; nouenos

Incipit cento nuptialis · Paulo suo · s · p · d ·

Perlege hoc etiam si opere est friuolum & nullius pretii opusculum · quod nec labor excudit · nec cura limauit sine ingenii acumine & more maturitate. Centonem uocant qui primi hac concinnatione luserunt sole memorie negocium sparsa colligere & integrare lacerata · quod ridere magis q; laudare possis · pro quo si per sigillaria in actione uenires · neq; offerret piget · quidem uirgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehonestasse materia · Sed quid facerem iussum erat · quodq; potentissimum imperandi genus rogabat · qui iubere poterat imperator ualentinianus uir meo iudicio eruditus nuptias quondam eiusmodi ludo descripserat aptis equidem uersibus & compositione festiua experiri · Deinde uolens quantum nostra contentione precelleret simile nos de eodem concinnare precepit · Quam scrupulosum hoc michi fuerit intelligere · neq; auferri

uolebam : neq, poſt haberi cum aliorum quoq,
iudicio det agenda eſſet adulatio inepta
ſi cederem inſolentia ſi ut emuluſ eminerem
Suſcepi igitur ſimiliſ recuſanti ſe liciuſq, ob
noxiuſ gratiam tenui · nec uictor offendi . hoc
tu me uno & addita lucubratione · properatū
modo inter liturarioſ meoſ cum reperiſſem .
Tanta michi candoriſ tui & amoriſ fiducia eſt
ut ſeueritati tue nec ridenda ſubtraherem .
Accipe igitur opuſculum de inconnexiſ con
tinuum de diuerſiſ unum de ſeriiſ ludicrū
de alieno ł nrm · ne in ſacriſ & fabuliſ aut
mireriſ aut uirbium illum de dio
nyſio hunc de hippolito reformatum & ſi
pateriſ · ut doceam docenduſ ipſe cento qđ
ſit abſoluam Variſ de lociſ ſenſibuſq, diuer
ſiſ quedam carminiſ ſtructura ſolidatur in
unum uerſum : ut coeant aut ceſi duo aut
unuſ & ſequenſ cum medio Nam duoſ iunc
tim locare ineptum eſt & reſ una ſeria mere
nugę . diffinduntur āt per ceſuraſ omneſ ,
quaſ uerſuſ heroicuſ recipit conuenire poſſit
aut pemptimeroſ cum reliquo anapeſtico aut
trochaice cum poſteriore ſegmento · aut ſeptē
ſemipedeſ cum anapeſtico chorico · aut poſt
dactylum aut ſemipedem quicquid reſtat
hexametro ſiſti : ut dicaſ ludicro · quod

greci ſcommaticon uocauerunt · oſſicula ea
ſunt ad ſummam · xiiii · figuraſ geometricaſ
habent · Sunt enim equialtera uel triquetra
extenſiſ lineiſ aut frontiſ anguli uel obliquiſ
idē ſoſcelepſi uel ſopleura uocant : orthogonia
quoq; & ſcalena harum uerticularum uariiſ
coaptamentiſ ſimulant̄ mille formarum he
lemphatuſ belua aut apud beſtiaſ anſer uolāſ
& mirmillo in armiſ ſubſidenſ uenator &
latranſ caniſ quin & turriſ & cantaruſ &
alia eiuſmodi innumerabilia figurarum · qui
aliuſ alio ſcieti' uariabant · Sed peritorum
concinnatio miraculum eſt · imperitorum iū
tura ridiculum eſt · quo predito ſcieſ · q' ego
poſteriorem imitatuſ ſum · hoc ergo centoniſ
opuſculum · ut ille luduſ tractatuſ pari modo
ſenſuſ diuerſi · ut congruant adoptiua q; ſunt
ut cognata uideantur alienum ne interluceant
accerſita ne uim redarguant · Denſa ne ſupra
modum ne pateant · que
ſi omnia tibi uidebuntur · ut preceptum eſt
diceſ me compoſuiſſe centonem · & quia ſub im
perat metum meum procedere michi inter
frequenteſ ſtipendium uidebiſ · Sin autem
aere dirutum facieſ : ut cumulo carminiſ in
fiſtum ſuum redacto redeant uerſiſ unde
uenerunt · Vale

prefatio

Prefatio ſuper centō nup[illegible]

A ccipite hec animiſ letaſq. aduertite menteſ
A mbo animiſ . ambo inſigneſ preſtantibuſ armiſ
A mbo florenteſ genuſ inſuperabile bello
T uq. prior nam te maioribuſ ire per altum
A uſpiciiſ manifeſta fideſ . quo iuſtior alter
N ec pietate fuit . nec bello maior & armiſ
T uq. puerq. tuuſ magne ſpeſ altera rome
F loſ ueterum uirtuſq. uirum mea maxima cura
N omine auum referenſ animo manibuſq. parentem
N on iniuſſa cano ſua cuiq. exorſa laborem
F ortunamq. ferent michi iuſſa capeſſere faſ eſt

[illegible]

E x pectata dieſ aderat digniſq. hymeneiſ
M atreſ atq. uiri iuueneſ ante ora parentum
C onueniunt ſtratoq. ſuper diſcumbitur oſtro
D ant famuli manibuſ lymphaſ onerantq. caniſtriſ
D ona laborate cereriſ pinguiſq. ferine
V iſcera toſta ferunt . serieſ longiſſima rerum
A litum . pecudumq. genuſ capreeq. ſequaceſ
N on abſunt illic neq. aueſ edique petulci
& genuſ equoreum dame ceruiq. fugaceſ
A nte oculoſ interq. manuſ ſunt mitia poma
P oſtquam exempta fameſ & amor compreſſuſ edēdi
C rateraſ magnoſ ſtatuunt bacchumq. miniſtrāt
S acra canunt plaudunt choreaſ & carmina dicūt
N ec non threicius longa cum ueſte ſacerdoſ

O bloquitur numeris septem discrimina uocum
A t parte ex alia biforem dat tibia cantum
O mnibus una quies operum cunctiq; relictis
C onsurgunt mensis per limina leta frequentes
D iscurrunt uariantq; uices populosq; patresq;
M atrone pueri · uocemq; per ampla uolutant
A tria dependent lychni laquearibus aureis

Descriptio egredientis persone

TA ndem progreditur ueneris iustissima cura
I am matura uiro iam plenis nubilibus annis
V irginis os habitumq; gerens · cui plurimus ignē
S ubiecit rubor & calefacta per ora cucurrit
I ntentos uoluens oculos uritq; uidendo
I llam omnis tectis agrisq; effusa iuuentus
T urbaq; miratur matrum uestigia primi
A lba pedis dederatq; comam diffundere uentis
& picturatas auri sub tegmine uestes
O rnatus argiue helene qualisq; uideri
C elicolis & quanta solet uenus aurea contra
T alis erat species · talem se leta ferebat
A t soceros solioq; alte submixa res edit ·

Egreditur iuuenis

AT parte ex alia foribus se se intulit altis
O ra puer prima signans intonsa iuuenta
P ictus acu chlamydem auratam quam plurima circū
P urpura meandro duplici meliboea cucurrit
& tunicam molli   quam neuerat auro

Os humerosque deo similis lumenque iuvente
Qualis ubi occeani perfusus lucifer unda
Extulit os sacrum celo sic ora ferebat
Sic oculos occursuque amens ad limina tendit
Illum turbat amor figitque in virgine vultus
Oscula libavit, dextramque amplexus inhesit.

oblatio munerum.

Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Dona ferunt pallam signis auroque rigentem
Munera portantes auri eborisque talenta
Et sellam et pictum croceo velamen achanto
Ingens argentum mensis colloque monile
Baccatum et duplicem gemmis auroque coronam
Olli serva datur geminique sub ubere nati
Quatuor hic iuvenes, totidemque puelle
Omnibus in morem tonsa coma pectore summo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri
Dum studio effuse matres ad limina ducunt
At chorus equalis pueri innupteque puelle
Versibus incomptis ludunt et carmina dicunt
O digno coniuncta viro gratissima coniunx
Sis felix primos lavinie experta labores
Et mater cape Meonii carchesia bacchi
Sparge marite nuces, cinge hec altaria vitta
Flos veterum virtusque virum tibi ducitur uxor
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat et pulchra faciat te prole parentem.

Fortunati ambo ſiquid pia numina poſſunt
Viuite felices dixerunt currite fuſiſ
Concordes ſtabili fatorum numine parce

Ingreſſio in cubiculum

Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum · licito tandem ſermone fruuntur
Congreſſi iungunt dextraſ ſtratiſq; reponunt
At citherea nouaſ arteſ & pronuba iuno
Solicitat ſuadetq; ignota laceſſere bella
Ille ubi complexu molli fouet atq; repente
Accepit ſolitam flammam lectumq; iugalem
O uirgo noua mi facieſ gratiſſima coniux
Veniſti tandem mea ſola & ſera uoluptaſ
O dulciſ coniux non hec ſine numine diuum
Proueniunt placito ne etiam pugnabiſ amori
Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur
Cunctaturq; metu telumq; inſtare tremiſcit
Spemq; metumq; inter funditq; hiſ ore querelaſ
Per te per qui te talem genuere parenteſ
O formoſe puer noctem non ampliuſ unam
Hanc tuo ro ſolare inopem & miſerere precantiſ
Succiduuſ non lingua ualet non corpore note
Sufficiunt uireſ · nec uox aut uerba ſequuntur
Ille autem cauſaſ nequicquam nectit inaneſ
Precipitatq; moraſ omneſ ſoluitq; pudorem

Hactenuſ caſtiſ auribuſ audiendum myſterium

nuptiale ambitu loquendi & circuitione uelaui
Verum quoniam & feſcenninoſ amat celebritaſ
nuptialiſ uerborumq. petulantiam notuſ uetere
inſtituto ludus admittit · cetera quoq. cubiliſ
& lecti operta pudenter ab eodem auctore
collecta : ut biſ erubeſcamuſ qui uirgilium
faciamuſ impudentem .

Coniunctio

P oſtquam congreſſi ſola ſub nocte per umbram
& mentem uenuſ ipſa dedit noua prelia temptat
T ollit ſe arrectum conantem plurima fruſtra
O ccupat faciemq. pedem pede feruiduſ urget
P erfiduſ alta petenſ ramum qui ueſte latebat
S anguineiſ ebuliſ bacchum minioq. rubentem
N udato capite & pedibuſ per mutua nexiſ
M onſtrum horrendum deforme ingenſ cui lum̄ adeptū
E ripit a femore & trepidanti feruiduſ inſtat
E ſt in ſeceſſu tenuiſ quo ſemita ducit
I gnea rima micanſ exhalat opaca mephitim
N ulli faſ caſto ſceleratum inſiſtere limen
H ic ſpecuſ horrendum taliſ ſe ſe halituſ atriſ
F aucibuſ effundenſ nareſ contingit odore
h uc iuueniſ nota fertur regione uiarum
& ſuper incumbenſ nodiſ & uertice crudo
I ntorquet ſummiſ adnixuſ uiribuſ haſtam
h eſit uirgineumq. alte bibit acta cruorem
I nſonuere caue gemitumq. dedere cauerne

Illa manu moriens telum trahit ossa . sed inter
Altius ad uiuum persedit uulnere mucro
Ter sese attollens cubitoque innixa leuauit
Ter reuoluta toro est . manet imperterritus ille
Nec mora nec requies clauumque affixus & herens
Nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat
Itque reditque uiam totiens utroque recusso
Transadigit costas & pectine pulsat eburno
Iamque fere spatio extremo fixique sub ipsam
Finem aduentabant . tum creber anhelitus artus
Aridaque ora quatit sudor fluit undique riuis
Labitur exanguis distillat ab inguine uirus
Contentus est paule mi
Lasciua o paule pagina
Ridere nil ultra expecto

Sed cum legeris adesto michi aduersum eos qui
ut iuuenalis ait curios simulant & bacchanalia
uiuunt . ne fortasse meos mores spectent de car
mine lasciua est nobis pagina uita proba
ut plinius dicit . Meminerint autem quippe
eruditi probissimo uiro plinio in poematis la
sciuiam in moribus constitisse censuram pru
rire opusculum sulpicie frontem caperare
esse apuleium in uita philosophum . in epi
grammatis amatorem in preceptis omnibus
extare seueritatem epistulis ad cerellam subesse

petulantiam Platoniſ ſymposion compoſita
in ephebos epillia continere. Nam quid feſte-
ninos. quid antiquiſſimi poete lelii erotopegnion
libroſ loquar. quid euenum. quem menāder
ſapientem uocauit. quid ipſum menandrum?
quid comicoſ omneſ. quibuſ ſeuera uita eſt &
leta materia? quid etiam parthenen dictum
cauſa pudoriſ. qui octo enniaſ cum deſcribere
coitum ueneriſ atq; uulcani
decenter immiſcuit. Quid in tertio georgico-
rum in ſummiſſiſ in gregem maritiſ? nonne
obſcenam ſignificationem honeſta uerborum trāſ
latione uelauit? ut ſiquid in noſtro ioco aliq̄-
rum hominum ſeueritaſ ueſtita condemnat
qd uirgilio acceſſitum ſciat. igitur cui hic
luduſ noſter non placet: ne legerit. aut cum
legerit obliuiſcatur. aut non oblituſ ignoſcat.
&enim fabula de nuptiiſ eſt & uelit nolit aliter
hec ſacra non conſtant.

Theoni. S. p. d.

Auſoniuſ cuiuſ ferulam nunc ſceptra uerentur
Paganum e meduliſ iubeo ſaluere theonem
Quid geriſ extremiſ poſituſ telluriſ in oriſ
cultor harenarum uateſ. cui litus arandum
Oceani finem iuxta ſolemq; cadentem
Uiliſ harundineiſ cohibet quem pergula tectiſ
& tingit piceo lachrimoſa colonica fumo

Quid rerum museque gerunt & cantor apollo
Muse non helicone sate nec fonte caballi
Sed que facundo de pectore clementini
Inspirant uacuos aliena mente poetas
Iure quidem nam quis malit sua carmina dici
Qui te securo possit proscindere risu
Hec quoque ne nostrum possint urgere pudorem
Tu recita & uere poterunt tua dicta uideri
Quam tamen exerces medulorum in litore uitam ?
Mercatus ne agitas leuiore nummismate captans
Insanis quod mox pretiis grauis actho uendat
Albentis seui globulos & pinguia cere
Pondera naritiamque picem scissamque papyrum
Fumantesque olidum paganica lumina tedas
An maiora gerens tota regione uagantes
Persequeris fures qui te postrema timentes
In partem predamque uocent tu mitis & osor
Sanguinis humani condonas premia nimis
Erroremque uocas pretiumque imponis abactis
Robur & in partem sceleris diuidite transtris
Aut cum fratre uagos dumeta per auia ceruos
Circumdas maculis & multa indagine pinde
Aut spumantis apri cursum clamoribus urgens
Subsidisque ferro moneo tantum usque recuses
Stringere fulmineo uenabula comminus hosti
Exemplum de fratre time qui ueste reducta
Ostentat fedas prope tristia membra la

P ercuſſaſq; nateſ uicino podice nudat
I nde oſtentator uolitat mirentur ut ipſum
Q edippa urſinuſq; ſuuſ proleſq; nonnu
T aurinuſq; ipſum priſciſ heroibuſ equanſ
Q ualiſ in olemo uictor calidoniuſ apro
A ut erymantheo pubeſ fuit attica monſtro
S ed tu parce feriſ uenatibuſ & fuge nota
C armina ſiluarum neſciſ proleſ
A ccedaſq; iterum ueneri plorandiſ adoniſ
S ic certe crinem flauiſ niueoſq; lacertoſ
C eſariem rutilam per candida colla refundiſ
P ectore ſic tenero planta uinceuſ aluo
P er tereteſ feminum gyroſ ſuraſq; nitenteſ
D eſcendiſ taloſ a uertice pulcher ad imoſ
Q ualiſ floricoma quondam populator in etna
V irgineaſ inter choreaſ decida raptam
S ubſtulit emerſuſ ſtudiiſ fornacibuſ orcuſ
A t quia uenatuſ ob tanta pericula uitaſ
P iſcandi traheriſ ſtudio nam tota ſupellex
D um nobilitate ſolita eſt oſtendere gazaſ
H odoſaſ ueſteſ armamantum uernorum
& iacula & fundaſ & nomina bellicam
C ollaq; & inſutoſ tyrrhenuſ uerminibuſ hamoſ
h iſ opibuſ confiſe timeſ. domuſ omniſ abundat
L itoreiſq; duceſ ſpoliiſ referuntur ab unda
C orrogo letaliſq; tygron molleſq;
V renteſ timm & male tecta ſpina ligatri

H ec duraturi poſt bina trioria corui
A nte carminibuſ iuuat inceſtare coronaſ
M emoſineſ nataſ aut triſ aut octo ſororeſ
& quoniam huc uenimus ſi uiſ cognoſcere qđ ſit
I nter doctrinam dirimendaſq; camenaſ
A ccipe congeſtaſ myſteria friuola nugaſ
Q uaſ tamen explicitiſ nequeaſ deprendere chartiſ
A nticiramq; bibaſ ſamii lucumoniſ acumen .

V T adſit interpreſ tuum enygmatū q̄ cognitor fuit meorū
C um tibi cadmini gellaſ filiaſ meloniſ albā paginā
H otaſq; furue ſepie cindioſ nodioſq; prodidit
H unc adſit ut certe modo preſul creator litteriſ
E nucleabit promptiuſ qđ militante ſcribimuſ

N o toſ fingo tibi poeta uerſuſ
Q uoſ ſciſ endecaſyllóſ uocari
S ed neſciſ modulíſ tribuſ moueri
I ſtoſ compoſuit phaleciuſ olim
Q ui pemptimerin habent priorem
S unt quoſ hexametri creant reuulſi
V t pemptinemere prior locetur
T um quod bucolice pome relinquit
S unt & quoſ generat puella ſapho
Q uoſ primoſ regit hippiuſ ſecunduſ
V t claudat choriābon antibrachiuſ
S ed iam non poteſ oſbolo doceri

N ec fas est michi regio magistro
P rebeam numeros docere pulpam
V erum protinus ede quod requiro
N ichil quero nisi quod libris tenetur
& quod opice tegunt papyri
Q uas si solueris o poeta nugas
T antam trado tibi simul uacunā
N ec iam post metues ubiq. dictum
H ic est illic theon poeta falsus
B onorum mala carminum lauerna.

P aulino ausonius metrum sic suasit ut esses
Tu prior & nomen progrederere meum
Q uanquam & fastorum titulo prior & tua rome
Precessit numerum sella curulis ebur
& que iam dudum tibi palma poetica pollet
Lemnisco ornata est. quo mea palma caret
L ongeue tantum superamus honore senecte
Quid refert conuix non ideo ante chinum
N on quia mille annos uiuit gangeticus ales
Vincit centum oculos regie paulo tuos
C edimus ingenio quantum precedimus euo
Assurgit muse nostra camena tue
V iue uale & totidem uenturos congere ianos
Quot tuus aut noster conseruere patres

Precatio ad nepotem

O mnipotens quem mente colo pater unice rerum

I gnorate maliſ & nulli gnote piorum
P rincipio extremoq. carenſ antiquior euo
Q uod fuit aut ueniet : cuiuſ forma modiq.
H ec menſ complecti poterit · nec lingua profari
C ernere quem ſoluſ coramq. audire iubentem
F aſ habet & patriam propter conſiſtere dextram
H on genito genitore deuſ : qui fraude superbi
O ffenſuſ populi genteſ in regna uocauit
S tirpiſ adoptiue meliore propago colenduſ
C ernere · quem licuit proauiſ quo nomine uiſo
& patrem uidiſſe datum contagia noſtra
Q ui tulit & diri paſſuſ ludibria leti
E ſſe iter eterne docuit remeabile uite
H ec ſolam remeare animam : ſed corpore toto
C eleſteſ intrare plagaſ & inane ſepulchri
A rcanum uacuiſ arcanum linquere terriſ
H ate patriſ ſummi noſtroq. ſalutifer euo
V irtuteſ patriaſ genitor cui tradidit omniſ
H il ex inuidia retinenſ plenuſq. datorum
P ande uiam precibuſ patriaſq. hꝰ profer & aureſ
D a pater inuictam contra omnia crimina mentē
V ipereumq. nefaſ nocituri auerte ueneni
S it ſatiſ antiquam ſerpenſ qͥ produxit euam
D eceptumq. adiunxit adam · noſ ſera nepotum
S emina ueridiciſ etaſ predicta propheteſ
V itemuſ laqueoſ quoſ letifer implicat anguiſ
P ande uiam · qua me poſt uincula corpiſ egri

In ſublime ferar puri qua lactea celi
Semita uentoſe ſuperat uaga nubila lune
Qua proceres abiere pii : quaq; integer olim
Raptuſ quadriiugo penetrat ſuper ethera curru
Heliaſ & ſolido cum corpore peruiuſ enoch
Da pater eterni ſperatam luminiſ auram
Si lapideſ non iuro deoſ unumq; uerendi
Suſpicienſ altare ſacri libamina uite
Intemerata fero ſi te dominiq; deiq;
Unigene cognoſco patrem mixtumq; duobuſ
Qđ ſuper equoreaſ uolitabat ſpirituſ undaſ
Da genitor ueniam cruciataq; pectora purga
Si te non pecudum fibriſ non ſanguine fuſo
Quero nec carniſ numerum coniecto ſub extiſ
Si ſcelere abſtineo errori obnoxiuſ &: ſi
Opto magiſq; bonuſ fiduſ puruſq; probari
Confeſſum dignare animam ſi membra caduca
Execror & tacitum ſi penitet altaq; ſenſuſ
Formido excruciat : tormentaq; ſera gehenne
Anticipat patiturq; ſuoſ menſ ſaucia maneſ
Da pater hec noſtro fieri rata uota precatu
Nil metuam cupiamq; nichil ſatiſ hoc rear eſſe
Quod ſatiſ eſt nil turpe uelim nec cauſa pudoriſ
Sim michi · nec faciam cuiquam quo tempore eodem
Nolim facta michi nec uero crimine ledar
Nec maculer dubio · paulum diſtare uidetur
Suſpectuſ uereq; reuſ male poſſe facultaſ

Nulla ſit & bene poſſe adſit tranquilla poteſtaſ
Sim tenui uictu atq. habitu ſim caruſ amicis
Et ſemper genitor ſine uulnere nominiſ huiuſ
Non animo doleam non corpore cuncta quietiſ
Fungantur membra officiiſ. nec ſauciuſ ulliſ
Partibuſ amiſſum quicquam deſideret uſuſ
Pace fruar. ſecuruſ agam. miracula terre
Nulla putem ſuprema michi cum uenerit hora
Nec timeat mortem bene conſcia uita nec optet
Puruſ ab occultiſ. cum te indulgente uidebor
Omnia deſpiciam fuerit cum ſola uoluptaſ
Iudicium ſperare tuum. quod dum ſua differt
Tempora cunctaturq. dieſ procul exige ſeuo
Nec pia: ſed meſto trepidantia uota reatu
Chriſte apud eternum placabiliſ aſſere patrem
Saluator deuſ ac dominuſ menſ gloria uerbum
Filiuſ & uero uerum de lumine lumen
Eterno cum patre manenſ in ſecula regnaſ
Conſona. quem celebrat modulato carmine plebeſ
Et reſponſuriſ ferit aera uocibuſ

De uita ſua & conditione.

Nomen ego auſoniuſ non ultimuſ arte mededı
Et mea ſi noſceſ tempora primuſ eram
Vicinaſ urbeſ colui patriaq. domoq.
Vaſſateſ patria: ſed lare burdigalem
Curia me duplex & uterq. ſenatuſ habebat
Muneriſ exortem nomine participem

Non locuplex · nec egenſ parcuſ ſine ſordibuſ egi
Victum habitum moreſ ſemper eadem habui
Sermone impromptuſ latio · uerum attica lingua
Suffecit culti uocibuſ eloquii
Obtuli opem cunctiſ poſcentibuſ artiſ inepte
Officiumq; meum cum pietate fuit
Litibuſ abſtinui non auxi · non minui rem
Iudice me nulluſ · ſed neq; teſte perit
Formam que poſſet uitam lucrare bonorum
Non fuci & uera ſi qua fuit tacui
Iraſci promptuſ properaui condere motum
Atq; michi penaſ pro leuitate dedi
Coniugium per luſtra nouem ſine crimine concorſ
Vnum habui natoſ triſ numero genui
Maximuſ ad ſummam culmen peruenit honore
Prefectuſ galliſ & lybie & latio

Hin genitore ſuo mente animoq; parenſ
Hunc ego & natum & generum pro conſule uidi
Conſul & ipſe foret ſpeſ michi certa fuit
Matronale decuſ poſſedit filia cuiuſ
Egregia & nupte lauſ erat & uidue
Que nati & generi eque
Multiplici illuſtreſ uidit honore domoſ
Ipſe nec affectanſ · nec detrectator honorum
Prefectuſ magni nuncupor illyrici
Hec me fortune larga indulgentia ſuaſit

Numine adorato uite habitum petere
H e fortunate ſpatium inuiolabile uite
Fatali admorſu ſtringeret ulla dieſ
O ptimi audeq; preceſ ſpem uota timorem
Sopituſ placido fine relinquo aliiſ
I nter merentes . ſed non ego meſtuſ amicoſ
Diſpoſitiſ iacui funeriſ arbitrii
N onaginta annoſ baculo ſine corpore toto
Exegi cunctiſ integer officiiſ
H ec quicumq; legiſ non aſpernabere fari
Taliſ uita tibi qualia noue michi

Protrepticuſ auſoniiſ heſpio filio ſuo .

Libellum quem ad nepotem meum ſororiſ tue filium inſtar protreptici luſeram , uenturuſ ipſe promiſſi legem dum h° non malui q̃ ipſe recitare eſſet . ut tibi cenſura liberior q̃ duabuſ cauſiſ expediri ſolet . q uitaſ noſtraſ audita ulociuſ q̃ lecta pretereunt & q ſinceritaſ iudicandi preſentia recitantiſ honoratur Nunc tibi utriq; integrum non obſtat noſtri uerecundia . Sed heuſ tu fili dulciſſime habeo quod admoneam ſi qua tibi multo ſint fucaciuſ concinnata q̃ ueriuſ & pluſ coloriſ q̃ fuci habere ipſe ſcieſ fluere permiſi uenuſtula . ut eſſet magiſ q̃ forticula inſtar uirginum . quaſ matreſ ſtudent demiſſiſ humeriſ eſſe uincto pectore eſſe duaſ . qui morariſ iudicationem meam de eo quod ipſe

pronuntiaſ eſſe mendoſum · dicam ſcilicet me eiuſ modi uerſibuſ foraſ erubeſcere · hec annis illius magiſ q̃ meiſ ſcripſi · ut fortaſſe & meiſ dicaſ Ad ſummam ualeat · Auſteritaſ tua michi cum inſtitū ratio eſt Vale fili dulciſſime ·

Sunt etiam muſiſ ſua ludicra mixta camenis
Ocia ſunt mellite nepoſ · nec ſemper acerbi
Exercet pueroſ uox imperioſa magiſtri
Sed requieſ ſtudiiq; uiceſ rata tempora ſeruant
& ſatiſ eſt puero memori legiſſe libenter
& ceſſare licet grato ſchola nomine dicta eſt
Iuſta laboriferiſ tribuantur · ut ocia muſiſ
Quo magiſ alternum certuſ ſuccedere ludum
Diſce labenſ longum delimitata laborem
Interualla domuſ ſtudium puerile fatiſcit
Letiuſ auſteriſ uarientur feſta profeſtiſ
Diſce libenſ tetrici nec preceptoriſ habenaſ
Deteſtare nepoſ · numquam horrida forma magiſtri
Ille licet triſtiſ ſenio nec uoce ſerenuſ
Aſpera contracte minitetur iurgia frontiſ
Numquam in erit placet aſſuetudine uulte
Que ſemel imbuerit rugaſ nutriciſ amabit
Qui refugit matrem pappeſ auiaſq; trementeſ
Anteferunt patribuſ ſeri noua cura nepoteſ
Sic neq; peliden terrebat achillea chiron
Theſſalico permixtuſ equo nec pinifer atlaſ

A mphitrioniadem puerum · ſed blanduſ uterq;
M itibuſ alloquiiſ teneroſ mulcebat alumnoſ
T u quoq; ne metuaſ quamuiſ ſchola uerbere multo
I ncrepet & truculentaſ ſenex gerat ora magiſter
D egenereſ animoſ timor arguit · at tibi conſta
I ntrepiduſ nec te clamor plageq; ſubrranteſ
N ec matutiniſ agitet formido ſuboriſ
Q uod ſceptrum uibrat ferule · quod multa ſupellex
V irga quod molliſ ſcuticam pretexit aluta
Q uod feruent trepido ſubſellia ueſtra tumultu
P ompa loci & uani fugiatur ſcena timoriſ
H ec olim genitorq; tuuſ genitrixq; ſecuti
S ecuram placido michi permulſere ſenectam
T u ſenium quodcumq; putaſ labentibuſ anniſ
F ata dabunt q; nomen aui geriſ indole prima
P rime nepoſ uel re · uel ſpe michi perge fruendum
H unc ego te puerum mox in iuuenilibuſ anniſ
I amq; uirum cernam ſi forſ ita cernerit aut ſi
I nuidia eſt ſperabo tamen · nec uota fatiſcent
V t patriſ utq; mei non   ardua ſemper
P rima muſarum cupiaſ facunduſ & olim
H ac gradiare · qua noſ preceſſimuſ & cui
P roconſul genitor prefectuſ auunculuſ inſtat
P erlege quicumq; eſ memorabile prima monebo
C onditor iliadoſ & amabiliſ orſa menandri
E uoluenda tibi · tu flexu & acumine uociſ
I nnumeroſ numeroſ doctiſ accentibuſ hoc fer

A ffectuſq. impone legenſ diſtinctio ſenſum
A uget & ignauiſ dant interualla uigorem
H ec quando oblita michi tot carmina, totq. per euum
C onnexa hiſtorie ſocioſ aulaq. regum
& melicoſ loricoſq. modoſ preſtando notabiſ
O bductoſq. ſeni facieſ puereſcere ſenſuſ
T e preunte nepoſ modulata poemata flacci
A ltiſonumq. iterum faſ eſt didiciſſe maronem
T u quoq. qui latium leto ſermone terenti
C omiſ & aſtricto percurriſ pulpita ſocco
A d noua uix memorem d gia coge ſenectã
I am facinuſ catilina tuum lepidiq. tumultum
A lepido & catulo iam reſ & tempora rome
O rſuſ biſſenoſ ſeriem connecto per annoſ
I am lego ciuili mixtum mauorte duellum
M ouit quod facio ſertoriuſ exul hibero
N ec d. rudiſ hoc auuſ admoneo: ſed mille docendo
I ngenia expertuſ multoſ lactantibuſ anniſ
I pſe alui gremioq. fouenſ & murmura ſoluenſ
E ripui tenerũ blandiſ nutricibuſ euum
M ox pueroſ molli m & formidine leui
P ellexi & miteſ peterent per acerba profectuſ
C apturi dulcem fructum radiciſ amare
I dem ueſticipeſ motu iam puberiſ eui
A d moreſ arteſq. bonaſ fandiq. uigorem
P roduxi quanquam imperium ceruice negarent
F erre & inſertiſ preberent ora lupatiſ

A rdua temperieſ dura experientia rarus
E ueniuſ longo rerum ſpectatuſ ab uſu
V t regat indocilem matiſ cenſura iuuentam
Q ue tolerata michi donec iam erumna iuuaret
L eniret q; uſum bona conſuetudo laborum
D onec ad auguste pia munera diſcipline
A c er uarioq; accingeret auctuſ amorem
A urea cumq; patere michi palatia iuſſum
A bſiſtat nemeſiſ ferat & fortuna iocantem
P erſedi imperio dum pretextatuſ in oſtro
A ſceptra & ſolio preferre ſibi iura magiſtri
M aioreſq; putat numeroſ auguſtuſ honoreſ
Q uoſ mox ſublimi maturuſ protulit actu
Q ueſtor ut auguſtiſ patri natoq; crearer
V t prefecturam duplicem ſellamq; curulem
V t trabeam pictamq; togam mea premea conſul
uerem q; meiſ prelatuſ haberer
H iſ ego queſiui meritum q̄ grande nepoti
C onſul auuſ lumenq; tue preluceo uite
Q uamuiſ & patrio iam dudum nomine claruſ
P oſſeſ ornatuſ poſſeſ honoratuſ haberi
A cceſſit tamen ex nobiſ honor inclytuſ hunc tu
E ffice ne ſit onuſ per te ut communiſ in alum
C onſcendaſ pareſq; tuoſ te conſule faſceſ

Gregorio ſuo ſ p d.

AN unquam uidiſti nebulam pictam in pariete
uidiſti utiq; & meminiſti treuiri quippe in

tricliniо

triclinio zoili ſecuta eſt pictura · hę cupidinem cruci affigunt · mulieres amatrices non iſte de noſtro ſeculo · que ſponte peccant · ſed ille heroi ce que ſibi ignoſcunt & fleſtunt deum · quarū partem in lugentibus campis maro noſter cantauerat · hanc ego imaginem ſpecie & argumento miratus ſum · Deniq; mirandi ſtuporem tranſtuli ad ineptiam poetandi · Michi preter lemmia ni chil placet · Sed commendo tibi errorem meum neruos noſtros & cicatrices amamus · Nec ſoli nro uitio peccaſſe contenti affeſtamus · Nec ſoli ut amentur · Verum quid ego huic egloge ſtudioſe patrocinor · Certus ſum quodcunq; meum ſcieris amabis quod magis ſpero q̄ ut laudes · Vale ac dilige parentem

Auſonii egloga in qua cruciatur cupido

AEris in campis memorat · quos muſa maronis
Myrtheus amentes ubi lucus opacat amantes
Orgia ducebant heroides & ſua queq;
Vt quondam occiderant leti argumenta gerebant
Errantes ſilua in magna & ſub luce maligna
Inter arundineaſq; comas grauidumq; papauer
& tacitos ſine labe lacus ſine murmure riuos
Quorum per ripas nebuloſo flumine marcent
Fleti olim regum & puerorum nomina flores
Mirator narciſſus & oebalides hyacinthus ·
& crocus auricomans & murice pictus adonis

Et tragico ſcriptuſ gemitu ſalaminıuſ aeaſ
Omnia que lachrimiſ & amoribuſ anxıa meſtiſ
Exercent memoreſ obita iam morte doloreſ
Rurſuſ in amiſſum reuocant heroidaſ euum
Fulmineoſ ſemele decepta puerpera partuſ
Deflet & ambuſtam latera per inania curaſ
Ventilat ignauum ſimulati fulmiınıſ ignem
Irrita dona querenſ ſexu gauiſa uirili
Meret in antiquam cenıſ reuocata figuram
Vulnera ſiccat adhuc procriſ cephaliq; cruenta
Diligit & peruerſa manum fert ſımıcla teſte
Lumina ſextiaca precepſ de turre pu̾lla
Et de nimboſo ſaltum leucone minatur
Hermione cultuſ herıphıleſ meſta recuſat
Infelix nato nec fortunata marito
Totaq; aerie minoia fabula crete
Pıſtitiarum inter tenui ſub imagine uibrat
Paſiphe niuei ſequitur ueſtigia tauri
Licia fert onerata manu deſerta ariadne
Reſpicit abiectaſ deſperanſ phedra tabellaſ
Hec lôqueum gerit hec uane ſimulachra corone
Dedalie pudet hanc latebraſ ſubiiſſe iuuence
Prereptaſ queritur per inania gaudia nocteſ
Laodomia duaſ uini functiq; mariti
Parte truceſ alia ſtrictaſ mucronibuſ omneſ
Et tiſbe & cançe & ſydonıſ heret eliſſa
Coniugiſ hec patriſ & hec gerit hoſpitiſ enſem

E rrat & ipſa olim qualiſ per latmia ſaxa
E dimioreoſ ſolita affectare ſoporeſ
C um face & aſtrigero diademate luna bicorniſ
C entum alie ueterum recolenteſ uulnera amorum
D ulcibuſ & meſtiſ refouent tormenta quereliſ
Q uaſ inter mediaſ feruet caliginiſ umbra
D iſpulit inconſultuſ amor ſtridentibuſ aliſ
A gnouere omneſ puerum celeriq; recurſu
C ommunem ſenſere reum quanquam humida circum
H ubila & auratas fulgentia cingula bullaſ
A pharetra & rutile fucarent lampadoſ ignem
A gnoſcunt tamen & uanum uibrare uigorem
O ccipiunt hoſtemq; unum loca non ſua uolatuſ
F eſſa nube premunt trepidantem & caſſa parentem
S uffigia in cetum medie traxere caterue
E ligitur meſto myrtuſ notiſſima luco
I nuidioſa deum peniſ cruciauerit illic
S preta olim memorem ueneriſ proſerpina ad
h uiuſ in excelſo ſuſpenſum ſtipite amorem
D euinctum poſt terga manuſ ſubſtrictaq; plantiſ
V incula inherentem · nullo moderamine pene
A fficiunt reuſ eſt ſine crimine iudice nullo
A ccuſatuſ amor ſe quiſq; abſoluere geſtiſ
T ransferat · ut propriaſ aliena in crimina culpaſ
C uncte exprobranteſ tolerati inſignia leti
E xpediunt hec arma parat · hec ultio dulciſ
V t quo que peperit ſtudeat punire dolore

H ec laqueum tenet · hec ſpēm mucroniſ inanem
I ngerit illa cauoſ amneſ rupemq; fragoſā
I nſanumq; metum pelagi & ſine fluctibuſ equor
N on nulle flammaſ quatiunt trepidoq; minantur
S tridenteſ nullo igne faceſ reſcindit adultum
M irrha uterum lachrimiſ lugentibuſ inq; pauentē
G emmea electriferi iaculatur ſucina trunci
Q uedam ignoſcentum ſpecie ludibria tantum
S ola uolunt ſtiluſ & tenuiſ ſub acumine puncti
E liciat tenerum de quo roſa nata cruore
A ut puberi admoneant petulantia lumina lychni
I pſa etiam ſimili genitrix obnoxia culpe
A lma uenuſ tantoſ penetrat ſecura tumultuſ
H ec circumuento properanſ ſuffragia nato
T errorem ingeminat ſtimuliſq; accendit amariſ
A ncipiteſ furiaſ natiq; in crimina confert
D edecuſ ipſa ſuum · que uincula ceca mariti
D eprenſo mauorte tulit · quod pube pudenda
H elleſpontiaci rīdetur forma priapi
Q uod crudeliſ eryx quod ſemiuir hermaphroditus
H ec ſatiſ in uerbiſ roſeo uenuſ aurea ſerto
M erentem pulſat puerum & grauiora pauentem
O lli purpureum mulctato corpore rorem
S uauiſ expreſſit crebro roſa uerbere que iam
T incta priuſ traxit rutilum magiſ ignea fucum
I nde truceſ cecidere mine · uindictaq; maior
C rimine uiſa ſuo uenerem factura nocentem

Ipſe intercedunt heroides & ſua queq;
Funera crudeli malunt aſcribere fato
Tum grates pia mater agit ceſſiſſe dolentes
Condonatas puero dimittere culpas
Talia nocturnis olim ſimulachra figuris
Exercent trepidam caſſo terrore quietem
Que poſtquam aſſidua perpeſſus nocte cupido
Effugit pulſa tandem caligine ſomni
Euolat ad ſuperos portaq; euadit eburna

PErimmas tamen & operta muſarum mea que nitiorum uelabat obſcuritas quanquam non profanus irrumpis Paule cariſſime quamuis in te non eius uulgi exiſtem quod oratius urget ingreſſu tamen ſua cuiq; ſacra neq; de cereri quod libero etiam ſubeſſe cultoribus poemata que in alumnam meam luſerat rudia & inchoata ad domeſtice ſolatium cantilene cum ſine metu & arcana ſecuritate fruerentur proferri ad lucem caliganti a coegiſti uerecundie mee ſpolium concupiſti ut quantum tibi in me iuris eſſet ab inuito iudicari ne tu Alexandri macedonis perìcacium ſupergreſſus qui fatalis iugi lora cum ſoluere non poſſet abſcidit & pythie ſpecum quo die fas non erat patere penetrauit Vtere igitur ut tuis pari iure ſed fiducia diſpari quippe tua poſſunt populum

non timere meiſ etiam intra me erubeſco vale

Prefatio de uerſibuſ Biſſule quoſ ad paulum miſerat.

VT uoluiſti paule cunctoſ biſſule uerſuſ habeſ
Luſimuſ quoſ in ſueue gratiam uirguncule
Ocium magiſ fouenteſ q̄ ſtudenteſ glorie
Tu moleſtuſ flagitator lege moleſta carmina
Tibi q; in triſti excedendum eſt ſic uetuſ uerbū iubet
Compedeſ quaſ ipſe fecit ipſuſ ut geſtet faber

BIſſula tranſ gelidum ſtirpe & lare proſata rhenum
Conſcia naſcentiſ biſſula danubii
Capta manu : ſed miſſa manu dominatur in eiuſ
Deliciiſ cuiuſ bellica preda fuit.
Matre carenſ nutriciſ gerenſ egeſ
neſcit here imperium
Fortune ac patrie que nulla obprobria ſenſit
Illico inexperto libera ſeruitio
Sic latiiſ mutata boniſ germana maneret
Vt facieſ oculoſ cerula flaua comaſ
Ambiguam modo ſ lingua facit modo forma puellam
hec rheno genitam predicat hec latio

De biſſula

DElitium blanditie ludus amor uoluptaſ
Barbara : ſed que latiaſ uinceſ alumna pupaſ
Biſſula nomen terre ruſticulum puelle
horridum non ſolitiſ : ſed domino uenuſtum

De biſſula & imagine ad pictorem

Biſſula nec ceriſ nec fuco imitabilaſ ullo
Naturale decuſ ficte uincti alumna nō commodat arti
Sandix & ceruſe aliaſ ſimulate puellaſ
Temperiem hanc uultuſ neſcit manuſ ergo age pictor
Puniceaſ confunde roſaſ & lilia miſce
Quiq; erit ex illiſ color aeriſ ipſe ſit oriſ

Ad pictorem de biſſula

Pingere ſi noſtram pictor meditariſ alumnam
Emula cecropiaſ arſ imitetur apeſ

Caij Sollij Sidonij Apollinaris Panaginicorum Index

Proemium — 1
Ad fontem Danubij — 2.4
Sub Valentini signo marmoreo — 2
De leone una tantum sagitta occiso — 3
In tumulum hominis felicis — 3
Exortatio ad modestiam — 3
In statuam feminini, et elinguis Rethoris — 3
In librum de fastis — 3.4
De Uxore, que uoluit Virum ueneno necare — 5
In Pictorem qui uolebat pingere Deam Eccho — 5
De simulacro occasionis, et penitentie — 5
Epitaphium puelle mortue — 6
Ad puellam iam senescentem — 6
De lepore capto a cane marino — 7
De seruo fugitiuo — 7
De Milone, qui Laidis noctem rogauerat — 7
De opinione Uxoris erga Virum — 8
Ad Uxorem, quod debeat uiuere, et oblectari — 8
In Anum ebriosam — 8
De statua Nemesis — 9
De casu quodam — 9
De Trasibulo, qui dimicans occubuerat — 9

De quadam Matre magnanima — 10
In Diuitem genitorem moecho — 10
Versus in ueste contexti — 10
Antisthenis imagini subditi — 10
Deae Veneris — 11.15.16
quod potius uelit tineam, uel cariem — 11
De nomine cuiusdam in marmore scripto — 12
De Sabina textrice, et carmina faciente — 12
De puella, quam amabat — 12
De duobus fratribus — 13
De tribus incestibus — 13
De eo, qui arbitratur se doctum, cum nihil sciat — 13
In picturam imaginis Ruffi — 13.14
De Ruffo, qui dixerat reminisce — 13.14.121
In Diogenis sepulcrum — 14
De effigie Regis Croesi — 15
In signum marmoreum — 15
De Pallade volente certare cum Venere — 15
De Laide abdicante speculum — 15
In buccheulam aream — 16.17
De Marco, qui dicebatur pullaria — 18
De Cantore, qui lugebat Vxorem — 18
scriptum picturae Mulieris impudicae — 19
De Achille, quae distrinxit textam hominis — 19
De Medico, qui Aruspicem uaniloquum fecit — 19

122

De signo Jouis — 19
De quodam, qui dixerat quemdam moriturum — 20
In eum Liguritorem — 20
De eodem, quod nolit bene, uel male dicere — 20
De eodem, qui Uxoris inguina lambebat — 21
De eodem Pedagogo Liguritore — 21
Ad Crispam, que dicebatur deformis — 21
qualem uellet habere amicam — 22
Ad Cupidinem — 22
De amore suo — 22
De potione, que fit de nouem rebus — 23
De Viro consulto, qui habebat Uxorem adulteram — 23
De quadam, que sibi inguina faciebat — 23
De Zoilon, qui Uxorem mecham duxerat — 23
que sit exercitium iuuenum in senectute — 24
Ad eum qui habebat discordiam cum puellis — 24
De nomine male imposito — 25
Pulcrum Dei responsum — 25
In signo marmoreo Deorum argum.^ta: habente — 25
De Hila, quem Naiades rapuerunt — 26
De Narcisso suo amore capto — 26
De Eccho dolente de morte Narcisi — 26
De Hermofrodito, et eius natura — 26
De conuenctione Salmacis cum Hermofrodito — 27
De Daphne puella fugiente — 27

Ausonius

De Sant:mo Pascę solennitate — 27
Ausonij epistolę Paulino suo — 28
Inuitatio ad Paulum — 29
Rescriptum Paulino suo — 30
Ad Lectorem — 31
Ad Paulum — 32
Pontio Paulino — 32.36.39
Ad Iambum carmen suum — 37
Toteadio suo — 42
Proto Prefecto Pretorij — 43
Labores Herculis — 48
Monostica de ordine Imperatorum — 48
Ip Poligitonum — 51
De Mensibus, et quatuor anni partibus — 52
De Siluio bono, qui erat Brito — 52
De Notario in scribendo uelocissimo — 52
Gratiarum actio — 53
De Monosillimis — 78
Monosillimi terminati ex ordio litere — 79
De membris hominum — 80
De rineonnexis — 80
De monosillimis Colorum — 81
De cibis nostris — 81

De fabulis, et historijs — 82
De comoditate veris — 82
Per interrogationem, et responsionem — 83
De ternario numero — 86
// Centon nuptialis — 90·93
Cena nuptialis — 93
Descriptio egredientis personæ — 94
Egressio Mariti — 94
Ablatio munerum — 95
Ingressio in Cubiculum — 96
Coniunctio — 97
Theoni s. p. d. — 99
Precatio ad Nepotem — 103
De uita sua, et conditione — 106
Hesperio filio suo — 108
Eglogæ, in qua cruciatur Cupido — 113
De versibus Bissulæ — 118· 119

// Finis //

1201

Index
Poematum Ausonij

Ausonij liber — 129
Panegirici diversi — 130 · 151 · 190
Auctor ad libellum — 150 · 236
Undecamillium versus — 190 · 210
Epithalamia — 211 · 212 · 221 · 222
Epigramma — 217 · 229
Ad Maioranum Imperatorem — 210
Epistola ad Polemium — 219
De Villa, et Piscina sua — 230 · 231
Ad edictum suum — 231
Eucharistor ad Faustum Episcopum — 231
Epistolæ cum poematib: — 240 · 241 · 249 · 250

AVSONII POETAE LIBER FOELICITER INCIPIT

CVM IVVENEM ſuper aſtra iouem natura locaret
Suſpiceretq; nouuſ regna uetuſta deuſ
Certauere ſuum uenerari numina numen
Diſparibuſq; modiſ parcecinere ſophoſ
Marſ clangente tuba patriſ preconia dixit
Laudauitq; ſono fulmina fulmineo
Arcaſ & arciteneuſ fidibuſ ſtrepuere ſonoriſ
Doctior hic cithare pulſibuſ · ille lyre
Caſtalidumq; cohorſ uario modulamine plauſit
Carminibuſ cunniſ pollice uoce pede
Sed poſt celicolaſ etiam mediocria fertur
Carmina ſemideum ſuſtinuiſſe deuſ
Tunc fauniſ dryadeſ ſatyriſq; mimalloneſ apte
Fuderunt lepidum ruſtica turba meloſ
Alta cicutineſ liquerunt menala paneſ
Poſtq; chelyn placuit fiſtula rauca ioui
Hoſ inter chiron ad plectra ſonantia ſaltanſ

Flexit inepta ſui membra facetuſ equi
Semiuir audiri meruit · meruitque placere
quamuiſ hinnitum dum canit ille daret
Ergo ſacrum diueſ & pauper lingua litabat
Summaque tunc uoti uictima cantuſ erat
Sic noſ o ceſar noſtri ſpeſ maxima ſecli
Poſt magnoſ proceres paruula thura damuſ
Audacter docto coram doctore canenteſ
Aut phebi aut uro · qui ſolet ore loqui
Qui licet eterna ſit uobiſ queſtor in aula
Eternu nobiſ ille magiſter erit
Ergo colat uarie te princepſ hoſtia lingue
Nam noua templa tibi pectora noſtra faciſ ·

Panagoryeuſ

AVſpicio & numero faſceſ auguſte ſecundo
Erige & effulgenſ trabealiſ mole metalli
Annum pande nouum conſul uetuſ : ac ſine faſtu
Scribere biſ factiſ · quanquam diademate crinem
Faſtigatuſ eaſ · humeroſque ex more priorum
Includat ſarrana chlamyſ · te picta togarum
Purpura pluſ capiat · quia reſ eſt ſemper ab euo
Rara frequenſ conſul · tuque o cui laurea iane
Annua debetur · religa torpore ſoluto
Quauiſ fronde comaſ ſubitaque hac luce paueſcaſ
Principiſ · aut rerum credaſ elementa moueri
Nil natura nouat · ſol hic quoque uenit ab ortu
Hic eſt o procereſ petiit quem romula uirtuſ

Et quem uester amor: cui se ceu uicta procellis
Atep carens rectore ratis, res publica fractam
Intulit ut digno melius flectenda magistro
Ne tempestates, ne te pyrata timeret
Te prece ruricula expetiit: te fodere iunctus
Assensu, te castra tubis te curia plausu
Te punctis scripsere tribus, collegaque misit
Te nobis regnumque tibi, suffragia tot sunt
Quanta legit mundus fateor trepidauimus omīs
Ne uellet collega prius permittere uoto
Publica uota suo, crederet uentura propago
In nos ut possint princeps sic cuncta licere
De te non totum licuit tibi sacra priorum
Exuperas auguste leo, nā regna superstat
Qui regnare iubet, melius res publica uestra
Nunc erit una magis q sic est facta duorum
Salue sceptrorum columen regina orientis
Orbis roma cui rerum michi principe misso
Iam non eoo solum ueneranda quiriti
Imperii sedes: sed plus pretiosa q extas
Imperii genitrix, rhodopen que potat et hemū
Terra tua est magnorum herouum fertilis ora
Excipit hic natos glacies et matris ab aluo
Artus infantum molles nix cruda durat
Pectore uix alitur quisquam: sed ab ubere raptus
Plus potat per uulnus equi: sic lacte relicto
Virtutem gens tota bibit, creuere parumper

Mox pugnam ludunt iaculis · hos suggerit illis
Nutrix plaga iocis · pueri uenatibus apti
Lustra feris uacant · rapto ditata iuuentus
Iura colit gladii consummatamque senectam
Non ferro finire pudet. Ast tu circumflua ponto
Europe atque asie commissam carpis utrimque
Temperiem · nam bistonios aquilonis hiatus
Proxima calchidici sensim tuba temperat euri
Interea te fusa tremunt ac supplice uultu
Flectit armeniis lunatam persa tyranni
Indus odorifero crinem madefactus amomo
In tua lucra feris excarnat guttur alumnis
Ut pandum dependat ebur · sic trunca reportat
Bosphoreis elephas inglorius ora tributis
Porrigis ingentem spatiosis menibus urbem
Quam tamen angustam populus facit · itur in equor
Molibus & ueteres tellus noua contrahit undas
Namque dicarchee translatus puluis arene
Intratis solidatur aquis · durataque massa
Sustinet aduectos peregrino in gurgite campos
Sic te dispositum spectantemque undique portus
Uallatam pelago terrarum commoda cingunt.
Fortunata satis rome partita triumphos
Et iam non querimur · ualeat diuisio regni
Concordant lancis partes · dum pondera nostra
Suscipis equasti · talis tu ciuis ab urbe
Procopio genitore micas · cui prisca propago

Auguſtuſ uenit & proauuſ · quem dicere digno
Non datur eloquio · nec ſi modo ſurgat auerno
Qui cantu flexit ſcopuloſ digitiſq; canoriſ
Compulit auritaſ ad plectrum currere ſiluaſ
Cum ſtarent hebri laticeſ curſuq; ligato
Fluminiſ attoniti carmen magiſ unda ſitiret
Hunc quondam iuuenem reparatio credita paciſ
Aſſyrie ſtupuit primiſ ſe parthuſ in anniſ
Conſilium non ferre ſeniſ · conterrituſ heſit
Quiſq; ſedenſ ſub rege ſatrapſ · ita uinxerat omniſ
Legati geniuſ tremuerunt medica rura
Queq; draconigene portaſ non clauſerat hoſti
Tunc demum babylon nimiſ eſt ſibi uiſa patere
Parthibuſ · at poſtquam ſtatuit noua formula feduſ
Procopio dictante magiſ iuratur ab illiſ
Igniſ & unda deuſ · nec non rata pacta futura
Hic diuoſ teſtatur auoſ chaldeuſ in extiſ
Pontificum de more ſenex archana peregit
Murmura · gemmantem pateram rex ipſe retētanſ
Fudit thuricremiſ carcheſia cernuuſ ariſ
Suſcipit hunc reducē duplicati culmen honoriſ
Patriuuſ nec non peditumq; equitumq; magiſter
Preficitur caſtriſ · ut tauri clauſtra coercenſ
Ethiopaſq; uagoſ belli terrore releganſ
Gurgite pacato famulum ſpectaret orontem
Hinc ſocer aſtemiuſ prefectuſ conſul & idē
Iudiciiſ populoſ atq; animum nomine rexit ·

P urpureoſ fortuna uiroſ cum murice ſemper
P roſequitur ſolum · hoc tantum mutatur in illiſ
V t regnet qui conſul erat · ſed omittimuſ omneſ
I am tu ad plectra ueni · tritus tu caſſide criniſ
A d diadema uenit · rutilum tu ceſariſ oſtrum
D epoſito thorace datur · ſceptroq; replenda
M ucrone eſt uacuanda manuſ · cunabula ueſtra
I mperii fulſere notiſ & preſcia telluſ
A urea conuerſo promiſit ſecula ferro
T e naſcente ferunt excorto flumina melle
D ulcatiſ cunctata uadiſ · oleiq; liquoreſ
I ſſe per attonitaſ baca pendente trapetaſ.
P rotulit undantem ſegetem ſine ſemine campuſ
& ſineſe natiſ inundit pampinuſ uuiſ
h iberne rubuere roſe · ſpretoq; rigore
L ilia permixtiſ inſultauere pruinis
T ale puerperium quotienſ lucina reſoluit
M ox elementorum cedit regniq; futuri
F it rerum nouitate fideſ ueniſſe beatoſ
S ic loquitur natura deoſ · cunctantiſ iuli
L ambebant teneroſ incendia blanda capilloſ
A ſtyageſ cyro pellenduſ forte nepoti
I nguinis expauit diffuſum uite racemum
P rebuit intrepido mammaſ lupa feta quirino
I uliuſ in lucem uenit · dum laurea flagrat
M agnuſ alexander nec non auguſtuſ habent
C oncepti ſerpente deo · phebumq; iouemq;

D uiſere ſibi · namq; horum queſiit unuſ
C ymphia ſub ſyrte patrem maculiſ genitricis
A lter phebigenam ſe ſe gaudebat h̄eri
P eonii iactanſ epidauria ſigna draconiſ
M ultoſ cinxerunt aquile : ſubitumq; per orbem
L uſit uenturaſ ſimulatrix penna columbaſ ·
A ſt hunc egregii proceres ad regna uocari
I am tunc noſſe datum eſt / laribuſ cum forte p̄rniſ
P rotulit exciſuſ iam non ſua robora palmeſ
I mperii uer illud erat ſub imagine frondiſ
D extra per arentem florebant omnia uirgam
A t poſtquam primoſ infanſ excegerat annoſ
R eptabat ſuper arma patriſ quamq̄ arcta terebat
L amina ceruicem gemma complexuſ ab ima
L ucida laxatiſ intrabat ad oſcula criſtiſ
L uduſ erat puero raptaſ ex hoſte ſagittaſ
F eſtina tractare manu · captoſq; per arcuſ
F lexa reluctanteſ in cornua trudere neruoſ ·
N unc tremulum tenero iaculum torquere lacerto
I nq; frementiſ equi dorſum cum pondere cōti
I ndutaſ calybum ſaltu tranſferre catenaſ
I ntentaſ agitare feraſ / & fronde latentiſ
Q uerere deprenſaſ modo claudere caſſibuſ artiſ
N unc torto penetrare ueru : tum ſepe fragore
L audari comitum frendenſ cum belua ferrū
F erret & iratoſ exirent arma per armoſ
C onde peletronioſ alacer puer & uenatoriſ

E acide titulos quanquam ſubiecta magiſtri
T erga premens & ob hoc ſecuruſ luſtra pererrans
T u potius regereriſ equo non principe noſtro
S picula direxit meliuſ phitone ſuperſtans
P ean cum uacua turbatuſ pene faretra
F igeret innumeriſ numeroſa uolumina teliſ
H ec nimiſ hoc int' ueteres audire ſophiſtaſ
M ileto qđ crete thales uadimonia culpaſ
L ydeq; quod cleobole canis · moduſ optimuſ eſto
E x ephira totum meditariſ quod periander
A ttice quod ue ſolon finem bene reſpiciſ eui
P rienneе bia q' pluſ tibi turba malorum eſt
H oſter q; tempuſ leſbo ſate pittace ſuades
Q ſe noſte omnes uiſ ex lacedemone chilon
P reterea didicit uariaſ noua dogmata ſectaſ
Q uicquid laudauit ſcythicuſ anacharſiſ in aruiſ
Q uicquid legifero profecit ſpartha lycurgo
Q uicquid erythreiſ cynicorum turba uolutat
G ymnaſiiſ imitata tuoſ epicure ſodales
Q uicquid nil uerum ſtatuens academia duplex
P erſonat arroſo quicquid ſapit urbe cleantes
Q uicquid pythagoraſ · democritus heraclituſq;
D efleuit · riſit · tacuit quodcumq; platoniſ
I ngenium quod in arte fuit · docet ordine terno
Q ue uel Ariſtoteles partituſ membra loquendi
A rgumentoſiſ dat retia ſyllogiſmiſ
Q uicquid anaximenes euclides, archita, zenon

A rcheſilaſ chryſippuſ anaxagoraſq; dederunt
S ocraticuſq; animuſ poſt fatum in fedone uiuuſ
D eſpicienſ uaſtaſ tenuato crure catenaſ
C um tremeret morſ ipſa reum ferretq; uenenum
P allida ſecuro lictoriſ dextera magiſtro
P reterea quicquid latialibuſ indē libriſ
P riſca etaſ ſtuduit totum percurrere ſuetuſ
M antua quaſ acieſ pelagiq; pericula luſit
S myrnaeaſ imitata tubaſ quamcumq; loquendi
A rpinaſ dat conſul opem ſine fine locutuſ
F abro progenituſ ſpreto cui patre polita
E loquiiſ pluſ lingua fuit ; uel quicquid in aeuū
M ittunt euganeiſ patauina uolumina chartiſ
Q ua criſpuſ breuitate placet · quo pondere uarō
Q uo genio plautuſ quo flumine quintilianuſ
Q ua pompa tacituſ nunquam ſine laude loquēduſ .
H iſ tunc formatum ſtudiiſ natalibuſ ortum
M oribuſ imbutum princepſ cui munduſ ab euro
A d zephyrum tunc ſceptra dabat · cui nubiliſ atq;
V nica purpureoſ debebat nata nepoteſ
E legit generum · ſed non ut deſide luxu
F ortuna ſoceri contentuſ & ocia captanſ
H il ſibi deberet comitiſ · ſed iure recepto
D anubii ripaſ & tractum limitiſ amplum
C ircuit · hortatur · diſponit · diſcutit · armat
S ic ſub patre piuſ moderatuſ caſtra parentiſ
S ic marcuſ uiuente pio poſt iura daturi

I nnumerabilibuſ legionibuſ imperitabant
h inc reduci datur omniſ honoſ & utrinq; magiſter
m ilitie conſulq; micat coniuncta poteſtaſ
P atritii celeriq; gradu priuata cuncurrit
c ulmina conſcenditq; ſenium puer ipſe curulem
S edit & merito iuuenis ueteranuſ in auro
I amq; parens diuoſ: ſed uobis nulla cupido
R egnandi · longam diademate paſſa repulſam
I nſignem legere uirum · quem deinde legentē
S pernere non poſſeſ ſoli tibi contulit uni
h oc fortuna decuſ quanquam te poſceret ordo
V t lectuſ princepſ mage q̄ uideare relictuſ
P oſt ſocerum auguſtum regnaſ: ſed non tibi uenit
P urpura per thalamoſ & coniux regia regno
L auſ potiuſ q̄ cauſa fuit · nā iuriſ habeniſ
N on generum legit reſ · p · ſed generoſum
F allor · biſ gemino niſi cardine rem probat orbiſ
A mbit te zephyruſ rectorem: deſtinat euruſ
A d boream pugnaſ & formidariſ ad auſtrum
A nte tamen q̄ te ſocium collega crearet
P erſtrinxiſſe libet · quoſ illyriſ ora triumphoſ
V iderit excisam · que ſe uelamuriſ ab armiſ
F orte duciſ noſtri uitio deſerta gemebat
h aud aliter ceſuſ quondam cum cepio robur
D edidit auſonium ſubita cogente ruina
E lectura ducem poſt guttura fracta iugurthe
V ltum arpinatem calfurnia federa lixam

Opposuit rabido res publica territa cymbro
Hic primum ut nostras aquilas prouincia uidit
Desiit hostiles confestim horrere dracones
Scilicet edomiti bello predaque carentes
Mox ipsi tua preda iacent; sed omittimus istos
Et populatores belli magis acta reuoluo
Quod bellum non parua manus nec carcere fracto
Ad gladiaturam tu spartace uincte parasti
Sed scythice noua turba plage feritatis abundans
Dira rapax uehemens ipsis quoque gentibus illic
Barbara barbaricis cuius dux hormidac atque
Ciuis erat quis tale solum moresque genusque est
Albus hyperboreis tanais qua in uallibus actus
Riphea de caute cadit iacet axe sub urse
Gens animis membrisque minax ita uultibus ipsis
Infantum suus horror inest; consurgit in arctum
Massa rotunda caput geminis sub fronte cauernis
Visus adest oculis absentibus acta cerebri
In cameram uix ad refugos lux peruenit orbes
Non tamen et clausos nam fornice non spatioso
Magna uident spatia et maiorem luminis usum
Perspicua in puteis compensant puncta profundis
Tum ne per malas excrescat fistula duplex
Obtundit teneras circumdata fascia nares
Ut galeis cedant sic propter prelia natos
Maternus deformat amor quia densa genarum
Non interiecto fit latior area naso

Cetera parſ eſt pulchra uiriſ · ſtant pectora uaſta
Inſigneſ humeri ſuccincta ſubilibuſ aluuſ
Forma quidem pediti media eſt procera ſed extat
Si cernaſ equiteſ · ſic longi ſepe putantur
Si ſedeant uix matre carenſ ſi conſtitit infanſ
Mox prebet dorſum ſonipeſ cognata reare
Membra uiriſ · ita ſemper equo ceu fixuſ adheret
Rector cornipedum tergo genſ altera fertur
Hec habet & tereteſ arcuſ & ſpicula cordi
Terribileſ certeq; manuſ iaculiſq; ferende
Mortiſ fixa ſudeſ & non peccante ſub ictu
Edoctuſ peccare furor · genſ iſta repente
Erumpenſ · ſolidumq; rotiſ tranſuecta p hiſtrū
Venerat & ſectaſ inciderat orbita lymphaſ
Hanc tu directuſ per dacica rura uagantem
Contrahiſ aggrederiſ ſuperbaſ · includiſ & ut te
Metato ſpatio caſtrorum ſerdica uidit
Obſidione premiſ que te ſic tempore multo
In uallo poſitum ſtupuit q; mileſ in agroſ
Nec licitiſ · nec furtiuiſ excurſibuſ ibat
Cui deeſſet cum ſepe cereſ ſemperq; lieuſ
Diſciplina tamen non deſiit · unde propinquo
Hoſte magiſ timuere ducem · ſic deniq; factū eſt
Ut ſociuſ cum forte tuuſ · mox proditor illiſ
Fruſtra terga daret commiſſe tempore pugne
Qui iam cum fugeret flexo pede cornua nudanſ
Tu ſtabaſ acieſ ſoluſ te ſparſa fugati

E xpetiit ductore manuſ · te marte pedeſtri
S udantem repetebat equeſ · tua ſigna ſecutuſ
N on ſe deſertum ſenſit certamine mileſ
I nunc & ueteriſ profer preconia tulli
E taſ cana patrum ; pulchro q; in ordine mendax
O cculuit refugit nutantia federa metti
N il ſimile eſt · falliq; tuum tibi nec placet hoſtem
T um uicit mileſ dum ſe putat eſſe iuuandum
H ic uicit poſtquam ſe comperit eſſe relictum
D ux fugit · inſequeriſ ; renouat certamina uinciſ
C lauditur expugnaſ · elabitur ; obruiſ atq;
S armatice pretium paci ſua funera ponis
P aretur · iuſſum ſubiit ; iam tranſfuga letum
A tq; peregrino cecidit tua uictima ferro
E cce iterum ſi forte placet conflige uetuſtaſ
H annibal ille ferox ad penam forte petituſ
& ſi non habuit uiſ uite fine ſupremo
C erte habuit mortiſ ; quem certuſ carcer & uncuſ
& quem expectabat fracturuſ guttura lictor
H auſit bebritio conſtantior hoſpite uirtuſ
N am te qui fugit mandata morte peremptuſ
N on tam uictoriſ periit q̄ iudiciſ ore
N unc adeſ o paean lauro cui griphes obuncoſ
D octa lupata ligant quotienſ per frondea lora
F lectiſ pinniferoſ hederiſ bicoloribuſ armoſ
H uc conuenere chelin non eſt modo dicere tempꝰ
P hitona extinctum ; nec biſ ſeptena ſonare

V ulnera tantalidum quorum tibi funera ſeruat
C antuſ & eterno uiuunt in carmine morteſ
V oſ quoq, caſtalideſ paucis quo numine nobiſ
V enerit aſternuſ gemini cum federe regni
P andite pax rerum miſit qui bella guberner
A uxerat auguſtuſ nature lege ſeuerus
D iuorum numerum quem mox oenotria caſſu
V idit ut aerei de rupibuſ appennini
P ergit cerulei intreas ad tybridiſ edeſ
N on galea concluſa genas nec ſubtiliſ illiſ
C irculuſ impactiſ loricam texuit hamiſ
S ed nudata caput pro crine racemifer exit
P lurima per frontem conſtringens opida palmeſ
P erq, humeroſ tereteſ rutilantiſ perq, lacertoſ
P endula gemmifere mordebant ſuppara bulle
S egnior incedit genio ueneranda q, membra
V ix comam retinenſ baculi uice flectit ad ulmū
S ed tamen ubertaſ ſequitur quacunq, propiquat
I ncessu fecundat iter comitata q, greſſum
L eta per impreſſaſ rorat uindemia plantaſ
I licet ingreditur tyberini gurgitiſ antrum
C urrebat fluuiuſ reſidenſ & arundinis alte
C oncolor in uiridi fluitabat ſilua capillo
D at ſonitum mento unda cadenſ licet hiſpida ſetiſ
S uppoſitiſ multum ſedaret barba fragorem
P ectore ruptabat laticeſ lapſu q, citato
S ulcabat madidam iam torrenſ alueuſ aluū

Terretur ueniente dea : manibusq; remissis
Remus & urna cadunt / uenie tum uerba parauit
Illa prior uenio uiduatam presule nostro
Per te si placeat lachrimis inflectere romam
Expetat auctore partes fastuq; remoto
Hoc unum prestet iam plus dignetur amari
Instrue quas querat uires orbiq; iacenti
Quo poscat dic orbe caput / quemcunq; creauit
Axe meo natum confestim fregit in illo
Imperii fortuna rotas · hinc uandalus hostis
Urget & innumerum numerosa classe quot ānis
Militat excidium · conuersoq; ordine fati
Torrida caucaseos infert michi byrsa furores
Preterea iniunctus ricimer · quem publica fata
Respiciunt proprio solus uix marte repellit
Pyratam per rura uagum · qui prelia uitans
Victorem fugitiuus agit · quis sufferat hostē
Qui pacem pugnamq; negat · nam federa nulla
Cum ricimere iacit / quem cur nimis oderit audi
Incertum crepat ille patrem : cum serua sit illi
Certa parens · nunc ut regis sit filius effert
Matris adulterium · tum liuet q; ricimerem
In regnum duo regna uocant · nam patre sueuus
A genitrice getes · simul & reminiscitur illud
Q~d tartesiacis auus huius uallia terris
Vandalicas turmas & iuncti martis alanos
Strauit & occiduam texere cadauera calpen

Quid ueteres narrem fugaſ: quid damna priorū
Agrigentini recolit diſpendia campi
Inde furit q̄ ſe docuit ſatiſ iſte nepotem
Illiuſ eſſe uiri. quo uiſo uandale ſemper
Terga dabaſ. nam non ſiculiſ illuſtrior armiſ
Tu marcelle rediſ per quem tellure mariq;
Noſtra ſyracuſioſ preſſerunt arma penateſ.
Nec tu cui curium curru ſuperare metelle
Contigit oſtentanſ nobiſ elefanta frequentem
Grex niger albenteſ tegeret cum mole iugaleſ
Auctoremq; ſuum celaret pompa triumphi
Noricuſ oſtrogothum q̄ continet iſte timetur
Gallia q̄ rheni matrem ligat. iſte pauori eſt
Q; conſanguineo me uandaluſ hoſtiſ alano
Diripuit radente ſuiſ hic uultuſ ab armiſ
Sed tamen unuſ homo eſt: nec tanta pericula soluſ
Tollere: ſed differre poteſt: modo principe nobiſ
Eſt opuſ armato: ueterum qui more parentū
Non mandet: ſed bella gerat. quem ſigna mouētē
Terra uel unda tremant: ut tandem iure recepto
Romula diſſuetaſ moderentur claſſica claſſeſ
Audiit illa pater. ſimul annuit. itur in urbem
Continuo uidet ipſe deam. ſummiſſuſ adorat
Pectuſ & excertam tetigerunt cornua mām̄am
Mandataſ fert inde preceſ. quaſ diua ſecuta
Apparat ire uiam laxatoſ torua capilloſ
Stringit & incluſe latuerunt caſſide turreſ

Inſula lauruſ erat bulliſ hoſtilibuſ aſper
Applicat a leua ſurgentem baltheuſ enſem
Inſeritur clipeo uictrix manuſ illiuſ orbem
Martigene lupa tybriſ amor marſalia complent
Fibula mordaci refugaſ á pectore ueſteſ
Dente capit · micat haſta minax quercuſq; tropheiſ
Curua tremit · placidoq; deam ſub faſce fatigat
Perpetuo ſtat planta ſolo : ſed faſcia primoſ
Siſtitur ad digitoſ retinacula bina coturniſ
Mittit in aduerſum uincto de fornice pollex
Que frangant crepidaſ & concurrentibuſ anſiſ
Vinclorum pandaſ tendant per crura cathenaſ
Ergo ſicut erat liquidum tranſuecta per ethra
Naſcentiſ petit tepidoſ hyperioniſ ortuſ
Eſt locuſ oceani longinquiſ proximuſ indiſ
Axe ſub eoo nabatheum tenſuſ in eurum
Ver tibi continuum eſt · interpellata nec ulliſ
Frigoribuſ palleſcit humuſ : ſed flore perenni
Picta peregrinoſ ignorant arua rigoreſ
Halant rura roſiſ · indeſcriptoſq; per agroſ
Flagrat odor uiolam cithiſum · ſerpilla · lygustrū
Lilia narciſſum · caſiam · colocaſia · caltaſ
Coſtum malabratum myrthaſ & balſama thura
Parturiunt campi · nec non pulſante ſenecta
Hinc rediuiua petit uicturuſ cynnama phenix
Hic domuſ aurore rutilo cruſtante metallo
Bacarum prefert leuiſ aſpirata lapilloſ

D iripiunt diuerſa oculoſ · & ab arte magiſtra
h oc uincit quodcunq; uideſ : ſed cōditur oīſ
S ub domina preſente decor · minioq; rubore
G emmarum uarioſ perdit quia poſſidet igneſ
F undebat coma pexa crocoſ : flexoq; lacerto
L utea depreſſiuſ comebat tempora pecten
F undebant oculi radioſ · color igneuſ illiſ
N on tamen ardor erat · quamuiſ de nocte recuſſa
E xcepti ſoleant ſudorem fingere roreſ
P ectora biſ cingunt zone · paruiſq; lapilliſ
I nuicham facit ipſe ſinuſ · parſ extima pepli
P erfert puniceaſ ad crura rubentia rugaſ
S ic regina ſedet ſolio · ſceptri uice dextram
L ampacenſ haſta replet · nox aſtat proxima diuę
I am refugoſ conuerſa pedeſ · ac pone tribunal
P ronit lux · ſummum uix intellecta cacumen
h inc romam liquido uenientē tramite cernēſ
E xiluit propere & blandiſ prior orſa loqueliſ
Q uid caput o mundi dixit mea regna reuiſiſ
Q uidue iubeſ · paulum illa ſilenſ atq; aſpera miſceēſ
M itibuſ hoc cepit uenio · deſiſte moueri
N ec multum trepida non ut michi preſſiuſ araxeſ
I mpoſito ſub ponto fluat · nec ut ordine certo
I ndicuſ auſonia potetur caſſide gangeſ
A ut ut tygriferi pharetrata per arua nyphatiſ
D epopuletur ouanſ artaxata caſpia conſul
N on phari i modo regna precor · nec ut biſce lacertiſ

Frangat hydaſpeaſ arieſ impactuſ erythraſ
Non in bactra feror: nec committentia pugnaſ
Noſtra ſemiramie rident ad claſſica pugne
Arſaciaſ non quero domoſ: nec teſſera caſtriſ
In tiſiphonta datur totum hunc tibi ceſſimuſ axē
Et nec ſic mereor: noſtram ut tueare ſenectam
Omne quod euphratem tygrimq; interiacet olim
Sola teneſ reſ empta michi eſt de ſanguine craſſi
Ad cartaſ pretium ſcripſi: nec multa remanſi
haud perit ſic emptuſ ager. ſi fallo probaſti
Ventidio mactante ſapor. nec ſufficit iſtud
Armeniaſ pontumq; dedi. quo marte petitum
Dicat ſylla tibi. forſan non creditur uni
Conſule lucullum. taceo iam cycladaſ omneſ
Acquiſita meo ſeruit tibi creta metallo
Tranſcripſi cilicaſ. hoſ magnuſ fuderat olim
Adiecit ſyrie quoſ nunc moderariſ hiſauroſ
Hoſ quoq; ſub noſtriſ domuit ſeruilius armiſ
Conceſſi etholoſ uetereſ acheloiaq; arua
Tranſfudit attalicum male credula teſtamentū
Epirum retineſ tu ſciſ cur debeat illam
Pyrrhuſ in illyricum ſpecto te mittere iura
Ac macedum terraſ & hēſ tu paule nepoteſ
Egypti frumenta dedi: michi ceciderat olim
Leucadiis agrippa fretiſ. iudea tenetur
Sub ditione tua tanquam tu miſeriſ illuc
Inſignem cum patre titum. tibi cypria mercee

Fertur · pugnaceſ ego paupa laudo catoneſ.
Dorica te telluſ & achaia iura tremiſcunt
Tendiſ & in bimarem felicia regna corinthum
Dic bizantinuſ quiſ rem tibi muninuſ agit?
Sed ſi forte placet ueitereſ ſopire querelaſ
Aſtemium concede michi: ſit partibuſ iſtiſ
Auguſtuſ · longumq; leo mea regna gubernet
Quem petii patrio ueſtiri murice natam.
Gaudeat euphemiam ſiduſ diuale parentiſ
Adice preterea priuatum ad publica feduſ
Sit ſocer auguſtuſ genero rycimere beatuſ
Nobilitate micant · eſt nobiſ regia uirgo
Regiuſ ille michi ſi concorſ annuiſ iſtuc
Mox lybiam ſperare dabiſ circumſpice tedaſ
Antiquaſ par nulla tibi · ſic copula preſto eſt
Proferat hic ueterum thalamoſ diſcrimine partoſ
Grecia ni pudor eſt reparatiſ piſa quadrigiſ
Suſcitet oenomaum nate quem fraude cadentē
Cerea deſtituit reſolutiſ axibuſ obex
Procedat colchiſ priuſ agnita uirgo marito
Crimine q̄ ſexu ſpectet de carcere circi
Pallenteſ atlanta procoſ & poma decori
Hippomanuſ iam non pro ſolo colligat auro
Deianira tuoſ acheloüſ gymnade pinguiſ
Illuſtret tedaſ & ab hercule preſſuſ anhelo
Laſſatum foueat riuiſ niualibuſ hoſtem
Quantum uiſ repetam ueteriſ conubia ſecli

Tranſcendunt · hic heroaſ · heroidaſ illa
hoſ thalamoſ rytimer uirtuſ tibi pronuba poſcit
Atq; dioneam dat martia laurea myrthum
Ergo age trade uirum non ocia pigra fouentem
Delitiiſ grauem : ſed quem modo nauticuſ urit
Sextoſ abydeiq; ſinuſ & pheſtraſ ora
hellesponiacis circumclamata procellis
Quaſ pelagi fauceſ non ſic timuiſſe uel illum
Crediderim cui raptuſ athoſ : cui remige medo
Turgida ſiluoſam currebant uela per alpem
Nec lucullaniſ ſic hec freta cincta cariniſ
Segniſ ad inſignem ſedit cum cizicon hoſtiſ :
Qui cogente fame cognata cadauera mandenſ
Vixit morte ſua : ſed quid mea uota retardo ?
Trade magiſ · tum pauca refert titonia coniux
Dux age ſancta parenſ quanq; michi maximuſ uſuſ
Iuncti ſummiq; duciſ dum mitior exteſ
& non diſiunctaſ melruſ moderemur habenaſ
Nam ſi forte placet ueterum meminiſſe laborum
& quiſ pro patria ueſtri pugnarit iuli
Vt nil pluſ dicam · prior hinc ego menona miſi
Fuerat geminaſ iunxit concordia parteſ
Electo tandem potitur q principe roma
Hunc aliquoſ uoto ſimili uel amore uetuſtaſ
Te legiſſe crepa · numquam non inuida ſummiſ
Emeritiſq; uiriſ · brenni contra arma camillum
Profer ab exilio concinnatiq; ſecureſ

Expulso cesone refer · flentemq; parentem
A rastris ad rostra roga miseroq; tumultu
Pelle prius quos iniusta petas · si ruperit alpes
Penus & afflictos condemnatosq; recurre
Improbus ut rubeat barchina cede metaurus
Multatus tibi consul agat · qui milia fundens
Asdrubalis rutilum sibi cum fabricauerit ensē
Concretum gerat ipse caput · longe altera nostri
Gratia iudicii est · scit se non lesus amari
Sed mea iam nimii propellunt carbasa flatus ·
Siste camena modos tenues · portumq; petētı
Iam placido sedeas michi carminis anchora fūdo
Attamen o princeps que nunc tibi classis & arma
Tractentur · q̄ magna geras q̄ tempore magno p̄uo
Si mea uota deus produxerit ordine recto
Aut genero bis mox aut ter te consule dicam
Nam modo nos iam festa uocant · & ad ulpia poscūt
Te fora donabis quos libertate quirites
Quorum gaudentes exceptant uerbera male
Perge pater patrie felix atq; omine fausto
Captiuos uincture nouos absolue uetustos ·

Auctor ad libellum

Quid faceret letas segetes · quod tempus arandum
Messibus & gregibus uitibus atq; apibus
Ad mecenatis quondam sunt edita nomen
hinc maro plus audes arma uirumq; loqui
At michi petrus erit mecenas temporis huius

Nam fame pelagus ſidere curro ſuo
Si probat emittit: ſi damnat carmina celat
Nec nos ronchiſono rhino cheronte notat
Iliber hic noſtrum tutatur crede pudorem
hoc cenſore etiam diſplicuiſſe placet.

Sollii modesti apollinaris sydonii panagyrici
ad Valerium maioriani cesarem prefatio.

Tyturus ut quondam patule ſub tegmine fagi
Volueret inflatos murmura per calamos
Preſtitit afflicto ius uite ceſar & agri
Nec ſtetit ad tenuem celſior ira reum
Sed rus conceſſum dum largo in principe laudat
Celum pro terris ruſtica muſa dedit
Non fuit inferius phebeia dona referre
Fecerat hic dominum fecit & ille deum
& tibi flacce acies bruti caſſiq; ſecuto
Carminis eſt auctor qui fuit & ueniae
Sic michi diuerſo nuper ſub marte cadenti
Iuſſiſti placido uictor ut eſſem animo
Seruiat ergo tibi ſeruati lingua poete
Atq; mee uite laus tua ſit pretium
Non ego mordaci fodiam mordente maronem
Nec ciuem carpam terra ſabella tuum
Res minor ingenio nobis ſed ceſare maior
Vincant eloquio dum modo nos domino.

Panagyricus

Concipe preteritos res publica mente triumphos

I mperium iam conſul habet · quem purpura nō pluſ
Q lorica operit · cuiuſ diademata frontem
N on luxu · ſed lege tegunt · meritiſq; laborum
P oſt palmam palmata uenit · decora omnia regni
A ccumulant faſceſ · & princepſ principe creſcit
P erſonat ergo tuum celo rure · urbibuſ · undiſ
E xultanſ europa ſophoſ q rector haberiſ
V ictor qui fueraſ · fateor trepidauerat orbiſ
D um non uiſ uiciſſe tibi · nimioq; pudore
Q regnum merearе doleſ · triſtiq; repulſa
N on moderanda ſibiſ · que defendenda putaſti
S ederat exerto bellatrix pectore roma
C riſtatum turrita caput · cui pone capaci
C aſſide prolapſuſ profundit terga capilluſ
L eticia cenſura manet · terrorq; pudore
C reſcit & inuicta ſuperat uirtute uetuſtaſ
O ſtricolor pepli textuſ · quem fibula torto
M ordax dente uorat · cum quicquid mām̄a refūdit
T egminiſ · hoc patulo concludit gēma receſſu
H inc fulcit rutiluſ ſpatioſo circite leuum
V mbo latuſ · uideaſ hic craſſo fuſa metallo
A ntra rhee fetamq; lupam · quam fauce reſecta
B landiri quoq; terror erat quanquam illa norare
M artigenaſ & picta timet · parſ proxima tybrim
E xprimit hic ſcabri fuſuſ ſub pumice tophi
P erflabat maditum per guttura rauca ſoporem
P ectuſ palla tegit · quam neuerat ilia cōiux

Liquenti que iuncta thoro uult murmura lyphaſ
Tollere & undoſi ſomnum ſeruare mariti
Iſta micant clipeo · cuſpiſ trabe ſurgit eburna
Ebria cede uirum · propter bellona tropheum
Extruit & quercum captiuo pondere curuat
Conſurgit ſolium ſaxiſ : que ceſa rubenti
Ethiopum de monte cadunt : ubi ſole propinquo
Natura excuſtaſ afflauit purpura rupeſ
Iungitur hic ſinnaſ numadum lapiſ additur iſtiſ
Antiquum mentituſ ebur de caute laconum
Marmoriſ herboſi radianſ interuiret ordo
Ergo ut ſe mediam ſolio dedit aduolat omniſ
Terra ſimul tum queq; ſuoſ prouincia fructuſ
Expoſuit fert meduſ ebur · chaldaeuſ amomum
Aſſyriuſ gemmaſ ſer uellera · tura ſabeuſ
Atiſ mel phenix palmaſ · lacedemon oliuum
Arcaſ equoſ epiruſ equaſ pecuaria galluſ
Arma calybſ · frumenta libeſ · campanuſ hiatum
Aurum lyduſ · arabſ guttam · panchaia myrrhā
Pontuſ caſtorea blattam tyruſ · era corinthuſ
Sardinia argentum · naueſ hiſpania defert
Fulminiſ & lapidem ſcopuloſ iaculabile fulgur
Fucat & accenſum ſilicem fecunda maritat
Ira deum quotienſ celum ſe commouet illic
Pluſ ibi terra ualet : ſubito flenſ africa nigraſ
Procubuit lacerata genaſ & cernua frontem
Iam male fecundaſ in uertice fregit ariſtaſ

A c ſic orſa loqui eſt· uenio parſ tertia mundi
I nfelix felice uno famula ſatuſ olim
h ic predo & dominiſ extinctiſ barbara ducũ
S ceptra tenet tellure mea penituſq; fugata
N obilitate furenſ quod non eſt non amat hoſpeſ
O latu ſopite iugor tua munera ridet
I nſidiiſ ceſſiſſe ſuiſ non concutiſ haſtam·
N on pro me captiua doleſ ’ tua nempe putantur
S urgere feſta maliſ & celſior eſſe ruina
S ed meliuſ quo terror abit ’ iam uincere reſtat
S i pugnaſ ut uicta ſoleſ · porſenna ſuperbum
T arquinium impingenſ compleuit milite thuſco
I aniculum quondam : ſed cum perrumpe portaſ
O bſidione parat totam te pertulit uno
C ocliteſ in clipeo preſſerunt milia ſolum
M ilita uirum pendente uia : nec ponte ſoluto
C um caderet cecidit rex ipſe deniq; morte
A dmonituſ ſcribe didicit ſic bella moueri
N on ſolum cum bella forent : mox pace petita
I n regnum rediit non tam feriente fugatuſ
Q̃ flagrante uiro ſteterat nã corde gelato
S ceuola & appoſito dextram damnauerat igni
P luſ felix peccante manu cum forte ſatelleſ
P elleret conſtante reo : tormentaq; capti
I ſ fugeret qui tortor erat· brennum tremuiſti
P oſt melior quodcunq; tuum eſt quodcũq; uocareſ
I am ſoluſ tarpeiuſ erat : ſed reppulit unuſ

Tum quoq; totam aciem ſenoneſ dum garruluſ anſer
Hinitat & uigilat ueſtrum ſine milite fatum
Me quoq; da ueniam q; bellum geſſimuſ olim
Poſt trebiam cannaſq; domaſ romanaq; tecta
Hannibal ante meuſ q̃ noſtra Scipio uidit
Quid merui? fatiſ tibi cogor bella mouere
Cum nolo · cum nolo trepiduſ te territat hoſtiſ
Sed tutuſ claudente freto / uelut hiſpiduſ alta
Suiſ prope teſqua iacet / clauſuſq; cacuminat albiſ
Oſ nigrum teliſ grauidum circumlatrat ingenſ
Turba canum ſi forte uelit concurrere campo
Ille per obiectoſ uepreſ timet: atq; ſuperbit
Vi tenuiſ fortiſq; loco: dum proximuſ ira
Venator de colle ſonet: uox nota magiſtri
Laſſatam reparat rabiem: tum uulnera cecuſ
Faſtidit ſentire furor · quid prelia differſ?
Quid mare formidaſ? pro cuiuſ ſepe triumphiſ
& celum pugnare ſolet · quid q; tibi princepſ
Eſt nunc pretura eximiuſ / quem ſecula clamãt
Venturum excidio libye · qui tertiuſ ex me
Accipiet nomen debent hoc fata labori
Maiorane tuo · quem cur conſcendere claſſem
Ac portuſ intrare meoſ urbemq; ſubire
Si iubeaſ cupiam paucis ex ordine fabor
Fertur pannonie qua martia pollet acincuſ
Illyricum rexiſſe ſolum cum tractibuſ hyſtri
Huiuſ auuſ nam theodoſiuſ quo tempore ſyrmi

A uguſtum ſumpſit nomen per utramq; magiſtrū
M ilitiam ad parteſ regni uenturuſ eoaſ
M aioranum habuit · cuiuſ ſunt condita faſtiſ
F acta duciſ quotienſ ſcythiciſ illata coloniſ
C laſſica preſſerunt hypanim peucemq; rigentē
M onte ſalutatiſ irriſit lixa pruiniſ
H unc ſocerum pater huiuſ habet uir claruſ & uno
C ulmine militie ſemper contentuſ · ut unum
C aſibuſ in dubiiſ iunctuſ ſequeretur amicum
N on ſemel oblatiſ tentauit faſtibuſ illum
C ethio rapere aula ſuo · ſed perſtitit ille
M aior honoratiſ cepit pretioſior eſſe
S ic pretio non capta fideſ : erat ille qđ olim
Q ueſtor conſulibuſ tractabat publica iura
E re ſuo · tantumq; modum ſeruabat ut illum
N arraret rumor iam rebuſ parcere nati
D enſerat hoc ſed forte duciſ iam liuida coniux
A ugeri famam pueri · ſuffuſaq; bili
C oxerat eternum per barbara corda uenenum
I licet explorat celum totamq; uolutiſ
P ercurrit matheſim numeruſ interrogat umbraſ
F lumina rimatur · fibraſ uidet · undiq; gaudēſ
S ecretum rapuiſſe deo · ſic torua pelaſgum
C olchiſ in apluſtri ſteterat trepidante marito
A bſyrtum ſparſura patri facturaq; ceſi
G ermani pluſ morte nefaſ · dum funere pugnat
& fratrem ſibi tela facit · uel cum obruit ignē

T aurorum pluſ ipſa calenſ texitq; trementem
F rigida flamma uirum quem defendente ueneno
I nter flagranteſ perhibent alſiſſe iuuencoſ
E rgo animi dudum impatienſ poſtquam audiīt iſti
I mperium & longum ſtatui laniata lacertoſ
I ngreditur qua ſtrata uiri uocemq; furentē
H iſ rupit ſecure iaceſ oblite tuorum
O piger & mundo princepſ ſic ſecula poſcunt
M aioranuſ erit clamant hoc ſydera ſigniſ
H oc homineſ uotiſ iſti quid ſidera quero
F atum aliud cui fecit amor' nil fortiuſ illo
& puer eſt cupiduſ nunquam : ſed parcuſ habēdi
P auper adhuc iam ſpargit opeſ. ingentia ſuadet
C onſilia & ſequitur totum quod cogitat altū eſt
V rget quod ſperat. ludum ſi forte retexam
C onſumit quicquid iaculiſ feciſſe putariſ
I ſtiuſ una dieſ. tribuſ huc tremuere ſagittiſ
A nguiſ ceruuſ aper non ſic librauit in hoſtē
S picula qui nato ſerpentiſ corpore cincto
P luſ timuit q̄ ſuccurrit dum iactibuſ hiſdem
I nteritum uitamq; daret ſtabilemq; teneret
C orde tremente manum totamq; exiret ī artē
S pe propiore metuſ danſ inter membra duorū
V niuſ mortem libeat decernere ceſtu
C eſſit eryx ſiculuſ ſimili nec floruit arte
S parta therannea pugilem cum gymnade piguē
S tratuſ bebiritiiſ amicuſ ſuſpexit arenis

Q ui uigor in pedibuſ? fruſtra tibi natuſ ophelte
S icaniam tribuit p̱lalmam, plantaſq; ſuperbaſ
H aud ita per ſiccam nemeen citiuſ extulit arcaſ
C uiuſ in aetholo uolitantem puluere matrem
H orruit hippomaneſ, multo qui ceſpite circi
C ontempto premiſſuſ erat, cum carceriſ antro
E micuit pernix populo trepidante uirago
N il toto tactura gradu. cum palliduſ ille
R eſpiceret medium poſt ſe decreſcere campum
& longaſ ad ſigna uiaſ, flatuq; propinquo
P reſſuſ in hoſtili iam curreret anxiuſ umbra
D onec ad anfractum mõte iamiamq; relictuſ
C oncitater ſparſo fregit ueſtigia pomo
Q ui uidet hunc equitem ledeum ſpernit alūnū
A c iuuenem ſthenoboea tuum: cui terga uetuſtaſ
P ennati largitur equi lyciamq; chimeram
Q uem ſuperaſſe refert uulnuſ cum ſubripit unũ
T riſ animaſ, uitam cum ſi tibi fata dediſſent
M aioraue ferox uetuiſſeſ caſtora frenoſ
P olluicem ceſtuſ alconem ſpicula noſſe
B ellorophonteiſ inſultaturuſ opimaſ
S i clipeum capiat uincit thelamone creatum
Q ui puppeſ inter graiaſ contra hectoriſ ignem
I pſam etiam inſidi claſſem defendit ulixiſ
M iſſile ſi quanto iaculetur pondere queriſ
S egniuſ inſerte trepidanſ pro face camille
E xcuſſit telum metabuſ, nec turbine tanto

Stridula pelide per traiolin troilon exiit ornuſ
Nec ſi heroum tardantem buſta creontem
Atticuſ egideſ rupit marathonide quercu
Nec ſic intortum uiolate phebadoſ ultrix
In danaoſ fulmen iecit cum grecia troie
Noctem habuit ſimilemq; facem fixuſ caphareı
Cautibuſ inter aquaſ flammam ructabat oileuſ
Parua loquor quid q; quotienſ tibi bella gerūt
Diſcipuluſ non mileſ adeſt & fingit alumnum ?
Emuluſ eq̃ ſpectat · q; uicenſ odit
& quoſ uinciſ amat : totuſ dormitat ad iſtum
Magnuſ alexander patriſ · quem gloria torſit
Quid faciam infelix : nato que regna parabo
Excluſa ſceptriſ geticiſ · reſ publica ſi me
Preterit & paruuſ ſuper hoc gaudentiuſ binuſ
Calcatur fatiſ : iſtum iam gallia laudat
Quāq; per europam eſt rigidiſ hinc abluit undiſ
Rhenuſ · arar · rhodanuſ · moſa · matrona ſequana
Clitiſ · elariſ · arax · uacaliſ · ligerumq; bipenni
Excιſum per fruſtra bibit · cum bella timenteſ
Defendit turonoſ aberaſ poſt tempore paruo
Pugnaſtiſ pariter francuſ qua cloio patenteſ
Atrebatum terraſ peruaſerat · hic coeunteſ
Claudebant anguſta uiaſ : arcuq; ſubactum
Vicum elenam flumenq; ſimul ſub tramite logo
Arcuſ ſuppoſitiſ trabibuſ tranſmiſerat agger
Illic te poſito pugnabat ponte ſub ipſo

Maioranuſ equeſ forſ ripe colle propinquo
Barbaricuſ reſonabat hymen ſcythicisq; choreiſ
Nubebat flauo ſimiliſ noua nupta marito
Hos ergo ut perhibent ſtrauit crepitabat ad ict⁹
Caſſiſ & oppoſitiſ haſtarum uerbera ſquamiſ
Arcebat thorax donec conuerſa fugatuſ
Hoſtiſ terga dedit · plauſtriſ rutilare uidereſ
Barbarici uaga feſta thori coniectaq; paſſim
Fercula · captiuaſ ueſtiſ · cyrroq; madenteſ
Ferre coronatoſ redolentia ſerta lebetaſ
Ilicet increſcit mauorſ thalamiq; refringit
Pluſ ardenſ bellona faceſ · rapit eſſeda uictor
Nubentemq; nurum non ſic pholoetica mōſtra
Atq; peletronioſ lapithaſ ſemeleiuſ euhan
Miſcuit edoniaſ dum flammant orgia matreſ
& uenerem martemq; cient · ac prima cruētoſ
Conſumunt ad bella ciboſ · bacchoq; rotato
Pocula tela putant · cum crudeſcente tumultu
Polluit emathium ſanguiſ centauricuſ othrim
Nec pluſ nubigenum celebrentur iurgia frūm
Hic quoq; monſtra domat · rutili poſt arce cerebri
Ad frontem coma tracta iacet nudataq; ceruix
Setarum per damna nitet · tum lumine glauco
Albet aquoſa acieſ · ac uultibuſ undiq; raſiſ
Pro barba tenueſ perarantur pectine criſte
Strictiuſ aſſuete ueſteſ procera coercent
Membra uiriſ · patet hiſ arctato tegmine poplex

L aeuiſ & anguſtam ſuſpendit baltheuſ ulnam
E xcuſſiſſe citaſ uaſtum per inane bipenneſ
& plage preſtitiſſe locum · clipeoſq; rotare
L uduſ & intortaſ precedere ſaltibuſ haſtaſ
I nq; hoſtem ueniſſe priuſ · puerilibuſ anniſ
E ſt belli maturuſ amor · ſi forte premantur
S eu numero ſeu ſorte loci · marſ obruit illoſ
N on timor inuicti perſtant animoq; ſuperſunt
I am prope poſt animam taleſ te teſte fugauit
A laudante uiroſ · quiſnam ferat omnia tecum
T e ſine multa facit · pugnant pro principe multi
Q. timeo : ne iam iſte ſibi ſi regna tenebit
h unc uinceaſ quodcumq; domaſ : nil fata relinquunt
H ic medium percuſſor enim ſi reſpuiſ eſſe
S eruuſ eriſ certe recto ſi tramite ſeruat
S idera chaldeuſ nouit · ſi grammina colchuſ
F ulmina ſi thraceuſ ſi theſſaluſ elicit umbraſ
S i lycie ſorteſ ſapiunt · ſi noſtra uolatu
F ata loquuntur aueſ doctiſ balatibuſ hāmon
S i ſanctum ſub ſyrte gemit : ſi denique uerum
P hebe themiſ · dodona caniſ poſt tempora nr̄a
I uliuſ hic auguſtuſ erit coniunctuſ amore
P reterea iuuenem grandiſ quem ſpirituſ armat
R egiſ aui ? quo te uertaſ · ad culmina mundi
H ic fatum fert : ambo animum conſurge ſimulq;
A ggredere ignaroſ · neutrum mactare ualebiſ
S i iubeaſ utrunq; mori : ſed necte doloſaſ

B landitiaſ uni ferro tamen iſte petatur
Q uid loquor in caſſum · nichil eſt qđ tanta cauemuſ
V t regnet uicturuſ erit · commotuſ in ira
E thiuſ ſic pauca refert · compeſce furentiſ
I mpia uota animi · mortem mandare ualebo
I nſontiſ tacea uiri quiſquam ne precatur
V t ſine criminibuſ crimen fiat bene naſci
A d penam quiſ fata uocet · tua uiſcera ferro
M aiorane petam · phebuſ ſi nocte refulget
L una die duplex ponto ſi plauſtra nouantur
P arraſiſ · atlantem tanaiſ ſi bagrada cernit
C aucaſon eremi nemoriſ ſi ſtipite lintriſ
A d tarteſiacum uenit induſ aquator hiberū
S i ſe polluciſ perfundit ſanguine caſtor
T heſea pyrithouſ · piladen ſi ſtrauit oreſteſ
V el furibunda manuſ raperet cum taurica ſacra
M atricida piuſ · ſed ne ſpreuiſſe dolorem
F orte tuum uidear · uiuat · careatq; parumper
M ilitia · heu potuit nobiſ niſi triſte putaſſeſ
F ortunam debere ſuam · ſic fatur & illum
R ure iubet patrio ſuetoſ mutare laboreſ
F atorum currente rota · quo diſceret agro
Q uid poſſeſſorem maneat · quoſ denicq; moreſ
I uſ ciuile paret · ne ſolam militiſ artem
F erret ad imperium ſuſpenderet ilicet arma
E meritus iuueniſ fierent ieiunia terre
V omere fecundaſ ſic quondam conſule curuo

V ertebaſ campoſ paulum ſi pace ſequeſtra
C laſſica laxaſſeſ· fortiſ· cui leua regebat
S tiuam poſt aquilaſ humidi dum iuncta camino
V ictoriſ fumum biberet palmata bubulci
P rincepſ interea gladio lachrimale ſumuſ
C lauſerat ethuiuſ cuiuſ cotnciuſ ille
M agna palatiniſ cum iungeret agmina turmiſ
E uocat hunc precibuſ· ſed non ſe pena morat̃
S anguiniſ effuſi numerum collegerat ergo
N on animum populuſ ferri mala crimina ferro
S oluit & inuitam pluſ concidit ille ruinam
I am tunc imperium preſentiſ principiſ aurea
V oluebant bona fata colu· ſed publica damna
I nuidiam fugere uiri quicunq; fuerunt
N omen in auguſtum lecti tenuere relictum
C eſaribuſ ſolum · poſtquam tu capta laboraſ
H ic quod habet fecit· traianum nerua uocauit
C um pignuſ iam fautor erat germanicuſ eſſet
V t tituliſ meruiſ fuerat · reſ ordine currit
H anc ambit famam quiſquiſ ſic incipit olim
P oſt capreaſ tyberi · poſt turpia numina caii
C enſuram claudi · citharam thalamoſq; neroniſ
P oſt ſpeculi immaniſ pompam quo ſe ille uidebat
H inc turpiſ q̃ pulcher otho · poſt quina uitelli
M ilia famoſi uentriſ damnata baratro
H iſ tituliſ princepſ lectuſ ſimiliq; labore
V eſpaſianuſ erat · ſed ne fortaſſe latroniſ

N e clauſam uirtute putaſ · conſumpſit in illo
V im gentiſ uite uitium ſcythicam feritatem
N on uireſ : ſed uota tenent ſpoliiſq; potituſ
I mmenſiſ robur luxu iam perdidit omne
Q uo ualuit dum pauper erat · mea uiſcera pro ſe
I n me nunc armat laceror tot capta per annoſ
I ure ſuo · uirtute mea ſecundaq; penaſ
Q uaſ patiar pario · propriiſ nil conficit armiſ
G etuliſ · numidiſ garamantibuſ · autholoiſq;
A rtuge · marmarida pſyllo naſamone timet̃
S egniſ & ingenti ferrum iam neſcit ab auro
I pſi autem color exanguiſ · quem crapula uexat
& pallenſ pinguedo tenet ganeaq; perenni
P reſſuſ aceſcentem ſtomachuſ non explicat aurã
P ar eſt uita ſuiſ · non ſic barcheuſ opimam
H annibal ad capuam periit cum fortia bello
I nter delitiaſ mollirent corpora baie
& ſe lucrinaſ qua uergit gauruſ in undaſ
B racchia maſſiluſ iactaret nigra natator
A tq; ideo hunc dominum ſaltem poſt ſecula tãta
V ltorem michi redde precor ne dimicet ultra
C arthago italiam contra ſic fata dolore
I ngemuit lachrimiſq; preceſ adiuuit obortiſ
H iſ hec roma refert · longaſ ſuccinge querelaſ
O deuota michi uindex tibi numine diuum
M aioranuſ erit : ſed paucaſ pauca retexam
E x quo theodoſiuſ communia iura fugato

Reddidit auctoris fratri : cui guttura fregit
Post in se uertenda manus mea gallia rerum
Ignoratur adhuc dominis ignaraque seruit
Ex illo multum periit quia principe clauso
Quicquid erat miseri diuersis partibus orbis
Vastore solemne fuit, que uita placeret
Cum rector moderandus erat, contempta tot annos
Nobilitas iacuit pretium res publica forti
Rettulit inuidiam princeps hec omnia noster
Corrigit atque tuum uires ex gentibus addens
Ad bellum per bella uenit : nam maximus iste
Non pugnasse labor terimus cur tempora uerbis?
Peruenit et uincit tali sermone peractum
Concilium : uerbisque dee famulante metallo
Aurea concordes traxerunt fila sorores
Hos me quos cecini rome lybieque labores
Vota hominum docuere loqui, iam tempus ad illa
Ferre pedem, que forma michi uel apolline maior
Promisis mars uester erit, conscenderat alpes
Rethorumque iugo per longa silentia ductus
Romano exierat populato trux alamannus
Perque cani quondam dictos de nomine campos
In predam centum nouies dimiserat hostes
Namque magister eras burconem dirigis illo
Exiguam comitante manu : sed sufficit illud
Cum pugnare iubes, certa est uictoria nostris
Te mandasse acies, peragit fortuna triumphum

Non populo : ſed amore tuo : nolo agmina cãpo
Quo mittiſ paucoſ · felix te reſpicit iſte
Euentuſ belli certatum eſt iure magiſtri
Auguſti fato · nuper poſt hoſtiſ aperto
Errabat lentuſ pelago poſtquam ordine uobiſ
Ordo omniſ regnum dederat plebſ · curia mileſ
& collega ſimul campanam flantibuſ auſtriſ
Ingrediẽſ terram · ſecurum milite mauro
Agricolam aggreditur pinguiſ ꝑ tranſtra ſedebat
Vandaluſ operienſ predam · quam iuſſerat illuc
Captiuo capiente trahi · ſed ueſtra repente
Inter utrumq; hoſtem dederant ſe ſe agmina planiſ
Que pelaguſ collemq; ſecãt : portumq; relicto
Efficiunt flexu fluuii · perterrita primum
Monteſ turba petit · trabibuſ que cauſa relictiſ
Prede preda fuit : cum concituſ agmine toto
Inpugnam pyrata coit · parſ lintre cauata
Iam dociles exponit equoſ · parſ ferrea texta
Concolor induitur : tereteſ parſ explicat arcuſ
Spiculaq; infuſum ferro latura uenenum
Que feriant biſ miſſa ſemel · iam textiliſ anguiſ
Diſcurrit per utramq; aciem : cui guttur adactiſ
Turgeſcit zephyriſ patulo mentitur hiatu
Iratam pictura famem pannoq; furorem
Aura facit quotienſ craſſatur uertile tergum
Flatibuſ & nimium iam non capit aluuſ inane
At tuba terriſono ſtrepuit graue rauca fragore

R eſponſat clamor lituiſ uirtuſq; repente
I gnauiſ uel parua furit cadit undiq; ferrum
h uic tamen in iugulos hunc torta falarica iactu
P reterit ad mortem uix ceſſatura ſolam
H uic conti rotat ictuſ equo ruit aclyde foſſuſ
I lle ueruq; aliuſ iacet hic ſimul alite telo
A bſentem paſſuſ dextram. parſ poplite ſecto
M ortiſ ad inuidiam uiuit. partemq; cerebri
h ic galee cum parte rapit. fortiq; lacerto
D iſſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe
V t primum uerſiſ dat tergum uandaluſ armiſ
S uccedit cedeſ pugne diſcrimine nullo
S ternuntur paſſim campiſ & fortia queq;
F acit inerſ trepidante fuga. mare palliduſ ĩtrat
& naueſ pertranſit equeſ turpiq; natatu
D e pelago ad cimbam rediit. ſic tertia pyrrhi
Q uondam pugna fuit. ceſiſ cum milibuſ illum
D entatuſ premeret lacere uix fragmina claſſiſ
T raxit in epirum qui chaonaſ atq; moloſſoſ
Q ui thracum macedumq; manuſ per litora noſtra
S parſerat. & cuiuſ uireſ oenotria pallenſ
I pſa que quem petiit trepidauerat uncta tarentuſ
h oſtibuſ expulſiſ campum qui maximuſ extat
I am luſtrare uacat. uideaſ hic ſtrage ſub illa
V nuq; uirumq; aĩaſ. nulluſ non pectore ceſuſ
Q uiſquiſ noſter erat. nulluſ non terga foratuſ
I llorum quiſquiſ clamant hoc uulnera primi

Predonum dum forte ducis: cui regis auari
Narratur nupsisse soror: qui puluere ceco
Clausus & elisus pilis uestigia turpis
Gestat adhuc probrosa fuge, sic agmina nostra
Cum spoliis campum retinent & marte fruuntur
Interea duplici texis dum litore classem
Inferno superoq; mari: cadit omnis in equor
Silua tibi nimiumq; tibi per utrumq; recisus
Apennine latus· naualiq; arbore diues
Non minus in pelagus nemorum q̄ mittis aquarū
Gallia continuis quanquam sit lassa tributis
Hoc censu placuisse cupit, nec pondera sentit
Que prodesse probat, non tantis maior atrides
Carpathium texit ratibus cum doricus hostis
Sygeas rapturus opes rhoeteia clausit
Pergama nec tante seston iuncturus abydo
Xersis classis erat, tumidas cum sterneret undas
Et pontum sub ponte daret: cum stagna superbo
Irrupit temerata gradu, turmeq; frequentes
Hellespontiaco persultauere profundo
Nec sic leucadio classis mareotica portu
Acticas abscondit aquas in bella mariti
Dum ueniat a phario dotalis turba canopo
Cum patrio cleopatra ferox circumdata sistro
Milite uel piceo fuluas onerare carinas
Dorida diffusam premeret ptolmaide gaza
Hoc tu non cultu pugnas: sed morte priorum

D ite magiſ ferro · merito · cui ſubiacet aurum
D iuitiſ ignaui · taleſ ne ſperne rebelleſ
& ſi non acieſ decorant · tamen iſta triumphoſ
N ec me lageam ſtirpem memoraſſe pigebit
h oſtiſ ad exemplum ueſtri · namq; auguror iiſdem
R egniſ fortunam ſimilem · cum lixaiſ in illa
P arte ſit equaliſ · nec peior ceſar in iſta
E licet aggrederiſ q(uod) nulluſ tempore noſtro
A uguſtuſ potuit rigidum ſeptemplicis hyſtri
A gmen in arma rapiſ · nam quicquid languiduſ axiſ
C ardine ſythonio ſub parraſe parturit urſa
h oc totum tua ſigna pauet · baſtarna ſueuuſ
P annoniuſ · neuruſ · chunnuſ · geta · dac(us) · alanuſ
B ellonothuſ · ruguſ · burgundio · ueſuſ · aliteſ
B iſalta · oſtrogothuſ · procuſteſ · ſarmata · moſthuſ
P oſt aquilaſ uenere tuaſ · tibi militat omniſ
C aucaſuſ & ſcythice potor tanaiticuſ unde
Q uid faciat fortuna uiri quiſcumq; minatur
h aſ tremuit ea roma manuſ · modo principe ſub te
N e metuat prope parua putat · niſi ſeruat illi
Q uod timuit regnante alio · iam caſtra mouebaſ
& te diuerſiſ ſtipabant milia ſigniſ
O bſequium genſ una negat · que nuper ab hyſtro
R ettulit indomitum ſolito truculentior agmen
Q(uod) dominiſ per bella caret · populoq; ſuperbo
T urgida pleſtendaſ in prelia ſuggerit iraſ
h ic tu uix armiſ poſitiſ iterum arma retractaſ

B iſtonideſ ueluti ciconum cum forte pruinaſ
O gygiiſ complent thyaſiſ ſeu ſtrymoniſ arruiſ
S eu ſe per rhodopen ſeu qua nimboſuſ in equor
V oluit hyperboreiſ in faucibuſ hiſmaruſ hebrum
D at ſomnum uaga turba ſimul laſſata quieſcūt
O rgia & ad biforem reboat; nec tibia flatum
V ix requieſ iam ſponte ligant/ rotat euchya tyrſū
B aſſariſ & maculiſ erythree nebridoſ horrenſ
E xcitat odryſioſ ad marcida tympana myſtaſ
T u tamen hanc differſ penam: ſed ſanguiniſ auctor
M aioriſ/ dum parciſ/ eraſ non pertulit ultra
h ec pro te pluſ cauta manuſ: ueſtrumq; pudorē
S preuit pro uobiſ/ primi cadit hoſtia belli
Q uiſq; rebelliſ erat/ predam quoq; diuiduſ illiſ
M enſ deuota quibuſ fuerat que territa ſeruit
E xemplo gaudet pretio pharſalica ceſar
A rma petenſ ſubitaſ ferri compeſcuit iraſ
S ed ſua membra ſecanſ & cauſe mole coactuſ
F leuit quoſ perimit noſtriſ hec proficit armiſ
S editio quodcumq; iubeſ/ niſi barbaruſ audit
h ic cadit ut mileſ timeat/ iam tempore brume
A lpeſ marmoreaſ atq; occurrentia iuncto
S axa polo rupeſq; uitri ſiccamq; minanteſ
P er ſcopuloſ pluuiam primuſ pede carpiſ & ict̄
L ubrica premiſſo firmaſ ueſtigia conto
C eperat ad rupiſ medium que maxima turba ē
I nterno ſqualere gelu qđ colle ſupino

A rctatiſ concluſa uiiſ reptare rigenti
N on poterat reuoluta ſolo forſ unuſ ab illo
A gmine canentem cuiuſ rota triuerat hyſtrum
E xclamat gladioſ malo & ſolemne quieta
Q uod friguſ de morte uenit mea torpor inerti
M embra rigore ligat quondam michi corpuſ aduſtum
F rigoriſ igne perit ſequimur ſine fine labori
I ntentum iuuenem quiſquiſ fortiſſimuſ ille eſt
A ut rex aut populuſ caſtriſ modo clauſuſ apricat
V el ſub pelle iacet : noſ anni uertimuſ uſum
Q uod iubet hic lex rebuſ erit non flectitur unq̃
A cceptiſ damnumq; putat ſi temporiſ iraſ
V el per damna timet qua dicam gente creatum
Q uem ſcytha non patior cuiuſ lac tygridiſ infanſ
H ircana ſub rupe bibit : que ſuſtulit iſtum
A xe meo grauior telluſ : en uertice ſummo
A lgenteſ cogit turmaſ ac frigora ridet
D um ſoluſ pluſ mente calet cum claſſica regiſ
A rctoi ſequerer romani principiſ arma
C eſareumq; larem luxu torpere perenni
A udieram dominoſ nil prodeſt iſſe prioreſ
S i rex hic quoq; fortiſ erat maiora parantem
D icere de ſcopulo uerbiſ accenſuſ amariſ
Q uiſquiſ eſ oppoſiti metuiſ qui lubrica cliui
F range cutem pendentiſ aque ſcalproq; leuata
S it tibi lympha graduſ turpiſ depone querelaſ
O cia friguſ habent : numquid m̄ membra biformiſ

Hylei natura dedit · num pegaſuſ aliſ
Aduuit quicquid gradior · pennaſq; uolanti
Dant calaiſ zetuſq; michi · quem ninguida cernuſ
Calcantem iam dorſa iugi · uoſ frigora frangunt
Voſ alpeſ iam iam ſtudeam penſare pruinaſ
Eſtatem ſub ſyrte dabo · ſic agmina uoce
Erigiſ exemploq; leuaſ primuſq; laboreſ
Aggrederiſ quoſcumq; iubeſ · tum cetera paret
Turba libenſ · ſeruuſ propriiſ · quia legibuſ auctor
Qui tibi preterea comiteſ · quantuſq; magiſter
Militie ueſtrum poſt uoſ · qui compulit agmen
Si non mutatum dignuſ · cui cederet uni
Sylla acie · genio fabiuſ · pietate metelluſ
Appiuſ eloquio · ui fuluiuſ · arte camilluſ
Si prefecture quantuſ moderetur honorem
Vir queraſ · tendit patuloſ qua gallia fineſ
Vix habuit moreſ ſimileſ · cui teſte ſenatu
In ſe etiam tractum commiſerat ulpiuſ enſem
Qui dictat modo iura genſ ſub iudice ueſtro
Pellitiſ raucum preconem ſuſpicit hoſtiſ
Quid loquar hic illum · qui ſcrinia ſacra gubernat
Qui cum ciuiliſ diſpenſet paciſ habenaſ
Subſtinet armati curaſ · interprete ſub quo
Flectitur ad ueſtraſ genſ effera conditioneſ
Quid laudare petrum paruiſ temeraria clio
Viribuſ aggrederiſ · cuiuſ dignatur ab ore
Ceſar in orbe loqui · licet & queſtore diſerto

P olleat attamen hic nuper placidiſſime pri̅cepſ
O bſide percepto noſtriſ de menibuſ urbiſ
V iſceribuſ miſeriſ inſertum depulit hoſtem
& quia laſſatiſ nimium ſpeſ unica rebuſ
V eniſti noſtriſ petimuſ ſuccurrere ruiniſ
L ugdunumq; tuam dum preteriſ aſpice uictor
O cia poſt nimioſ poſcit te fracta laboreſ
C ui pacem daſ redde animum laſſata iuuenci
C eruix depoſito meliuſ poſt ſulcat aratro
T elluriſ glebam ſolide boue fruge colono
C iuibuſ exhauſta eſt ſtantiſ fortuna latebat
D um capitur ue quanta fuit poſt gaudia p̄ncepſ
D electat meminiſſe mali · pp̄tatibuſ igni
& ſi concidimuſ · ueniens tamen omnia tecum
R eſtituiſ ſumuſ ur̄i quia cauſa triumphi
I pſa ruina placet · cum uictor ſcandere currū
I ncipieſ · crinemq; ſacrum tibi more priorum
N ectet muraliſ uallatuſ ciuica lauruſ
& regum aſpicient capitolia fulua catenaſ
C um ueſtiſ romam ſpoliiſ cum diuite cera
P ingeſ cymphii captiua mapalia bocchi
I pſe per obſtanteſ populoſ raucoſq; fragoreſ
P recedam & tenui ſicut nunc carmine dicam
T e geminaſ alpeſ · te ſyrteſ · te mare magnum
T e freta te libycaſ pariter domuiſſe catervaſ
A nte tamen ueniſſe michi q̄ lumina flectiſ
Q q; ſerenato miſeroſ iam reſpiciſ ore

Exultare libet memini cum parcere uelleſ
Hic tibi uultuſ erat mitiſ dat ſigna uenuſtaſ
Annue · ſic ueſtriſ reſpiret byrſa tropheiſ
Sic parthuſ certum fugiat · mauruſq; timore
Albuſ eat · ſic fuſa tremant · p̄poſitiſq; pharetriſ
Exarmata tuum circumſtent bactra tribuna

Palladoſ armiſone feſtum dum cantibuſ ortum
Perſonat hiſ mario thracia uate chelyſ
& dum moſſopium ſtipantur per marathonem
Qui ſteterant fluuii queq; cucurrit humuſ
Dulciſonum quatitur fidibuſ dum pectine murmur
Haſ perhibent laudeſ laude probaſſe deam
Diua gigantei fudit quo tempore belli
Armatoſ partuſ uertice diuiduo
Quam neq; deliacíſ peperit latona ſubantriſ
Fixura errantem cyclada pignoribuſ
Hec que cadmeiſ pariens alciden in oriſ
Suſpendit triplici nocte puerperium
Hec cuiuſ pluuio turriſ madefacta metallo
Cum matrem impleret filiuſ aurigena
Sed te cum trepidum ſpectaret phlegra tonantem
Impulit excuſſam uertice raptuſ apex
Cumq; deoſ ſole traherent in prelia uireſ
Confuſam ualde te ſine robur erat
Protulit ∴ ut mox te patriuſ ſapientia uertex

Tum magne uicerunt cum te habuere dei
T e propter ceſſit manibuſ conſtructa tremēdiſ
Iam prope per rutilum machina tenſa polum
P induſ othryſ pholoe dextriſ cecidere gigantum
Decidit in roethi iam grauiſ oſſa manu
S ternitur egeon · briareuſ ephialta minaſq;
Arctoa aſſueti lambere calce rotaſ
E nceladuſ patri iacuit fratriq; typhoeuſ
Euboicam hic rupem ſubiſtinet hic ſiculam
h inc ſeſe ad totam genitricem tranſtulit orpheuſ
& decuit chordiſ dicere calliopen
A ſſurrexerunt muſe ſub laude ſororiſ
& placuit diue · carmine pluſ pietaſ
Q; ſi maternaſ laudeſ cantaſſe fauori eſt
Hoc ualeo priſcaſ equi parare fideſ
P ublicuſ hic pater eſt · uoui · cui carmen auituſ
Materia eſt maior · ſed michi muſa minor ·

Phoebe peragrato tandem uiſuruſ in orbe
Q uem poſſiſ perferre pate · da lumina celo
S ufficit hic terriſ · nec ſe iam ſignifer aſtriſ
I actet marmaricuſ · quem uertice continet atlaſ
S idera ſunt iſti · que ſicut merſa niteſcunt
A duerſiſ ſic roma micat · cui fucuſ ab ortu
O rdo fuit creuiſſe maliſ · modo principe ſurget
C onſule nempe patreſ collatoſ cernere faſceſ
V oſ iuuat & ſociam ſceptriſ mandaſſe curulem

C redite pluſ dabitiſ currus iam neſcit biformeſ bifrōteſ
A nceps iane comaſ dupliciq; accingere lauro
P rincipiſ anterior iam conſuliſ iſte coruſcat
A nnuſ & emerita trabeiſ diademate creſcunt
I n caſſum iam muſa paueſ q; propulit auſter
V ela ratiſ noſtre pelago quia currere fame
C epimuſ en ſiduſ quod noſ per cerula ſeruet
F orte pater ſuperûm proſpexit ab ethere terraſ
E cce uiget quodcumq; uidet mundum reparaſſe
A ſpexiſſe fuit ſoluſ fouet omnia nutuſ
I amq; ut conuenjant ſuperbi tegeoticuſ arcaſ
H inc plantiſ hinc fronde uolat uix contigit arua
& toto deſcendit auo mare terra uel aer
I ndigenaſ miſere deoſ germane tonantiſ
P rime uenuſ uiridi qua clorida findere curſu
S uetuſ in attonitaſ ſpargiſ citō terga ſyrenum
H umenteſ nymphaſ phorcuſ comitatur ubiq;
G laucuſ glauce uenuſ uatum & certiſſime ꝓtheu
C ertuſ eraſ longo ueniunt poſt ordine diui
P ampineuſ liber marſ trux thirinthiuſ hirtuſ
N uda uenuſ fecunda cereſ pharetrata diana
I unio grauiſ prudenſ pallaſ turrita cybelle
S aturnuſ profuguſ uaga cynthia phebuſ ephebuſ
P an pauiduſ fauni rigidi ſatyri petulanteſ
C onuenere etiam celum uirtute teneteſ
C aſtor equo pollux ceſtu perſeuſ arpe
F ulmine uulcanuſ typhiſ rate gente quirinuſ

Quiſ canat hic aulam celi ? rutilantia cuiuſ
Ipſa pauimentum ſunt ſidera · iam pater aureo
Tranquilluſ ſolio ſeſe locat : inde prioreſ
Conſedere dei fluuiiſ quoq. contigit illo
Sed ſenſibuſ ſedere loco · tibi maxime fluctu
Eridane & flauiſ in pocula fracte ſycambriſ
Rhene tumenſ ſcythieq. uagiſ equitate cateruiſ
Hyſter & ignotum pluſ notuſ nile per ortum
Cum procul erecta celi de parte trahebat
Pigroſ roma graduſ curuato cernua collo
Ora ferenſ pendent crineſ de uertice tecti
Vulnere non galea clipeuſq. impingitur egriſ
Greſſibuſ & ponduſ non terror fertur in haſta
Atq. piiſ genibuſ primum eſt affuſa tonantiſ
Teſtor ſancte parenſ inquit te numen & illud
Quicquid roma fui ſummo ſatiſ obruta fato
Inuideo abiectiſ ponduſ non ſubſtinet ampli
Culminiſ arcta domuſ ; fulmen nec uallibuſ inſtat
Quid rogo biſſeno michi uulture thuſcuſ aruſpex
Portendit ? iacienſ prime cum menia genti
Ominibuſ iam celſa fui ? dum colliſ etruſci
Fundamenta uagiſ aperiſ michi romule pauper
Pluſ gladio ſecura fui · cum turbine iuncto
Me rutuliſ uergenſ pariterq. aruncuſ & equuſ
Hernicuſ & uolſcuſ premeret ſat magna uidebar
Et tibi dum rupit uiciatum femina ferro
Corpuſ & ad caſtum remeaſ pudor erute uulnuſ

Iam cum uallatam ſocio me clauſit etruſco
Tarquiniuſ pro muti igneſ · pro coclitiſ unde
Pro dolor hic quinam eſt · qui ſub mea iura redegit
Samnitem gurgeſ · uolſci qui terga cecidit
Martiaſ & ſenoneſ fundeſ dictator & exul
Fabritii uitam uellem morteſ deciorum
Vel ſic uincenteſ uel ſic uictoſ mea redde
Principia · heu quo nunc pompe diteſq; triumphi
& pauper conſul · libycum mea terruit axem
Cuſpiſ & infido poſui iuga tertia peno
Indorum gangeſ colchorum phaſiſ araxeſ
Armenie taguſ ethiopum · tanaiſq; getarum
Tybrinum tremuere meum · me teutone uincto
Quondam fracte ſubiſ cymber · gladiiſq; grauataſ
Ante manuſ ſolaſ iuſſi portare catenaſ
Ve michi qualiſ eram cum per mea iuſſa uiberent
Sylla aſiageneſ curiuſ · pauluſ · pompeiuſ
Tygranni · antiocho · pyrrho · perſe · mithridati
Pacem · regna · fugam · uectigal · uincla · ueneni
Sauromatam taceo ac moſthum · ſolitoſq; curetū
Lac potare getaſ & tinguere tela ueneniſ
Vel cum diffugiunt fugiendo tunc mage perſaſ
Hec terraſ dixiſſe ſat eſt fulgentibuſ armiſ
Tot maria intraui duce te longeq; remotaſ
Sole ſub occiduo genteſ uictricia ceſar
Signa calinodioſ tranſuexit aduſq; britannoſ
Fuderit & quanquam ſcothum & cū ſaxone pictum

hostes quesiuit qua iam natura uetabat
Querere plus homines uidit te frangere leucas
Trux auguste pharon dum classicus actia miles
Stagna quatit profugisque bibax antonius armis
Incestam uacuat patrio ptolemaida regno
Cumque prius stricto quererer de cardine mundi
Nec limes: nec ipsa michi plus summe deorum
Sum uisto tibi uisa potens q parthicus ultro
Restituit mea signa pauor · positaque thiara
Fleuit dum purgat   & hinc iam
Pro dolor excusso populi iure atque senatus
Quod timui incurri: sum tota in principe tota
Principis & fio lacerum de cesare regnum
Que quondam regina fui capreasque tyberi
Et caligas caii claudii censura secuta est
Et uir morte nero tristi pisone uerendum
Galbam stantis otho speculo qui pulcher haberi
Dum cupit os ego turpis eram: michi feda uitelli
Intulit ingluuies uentrem · qui tempore paruo
Regnans sero perit · lassam post inclytus armis
Vespasianus habet · titus hunc · post hunc quoque frater
Post quem tranquillus iux me michi reddere nerua
Cepit adoptiuo factus de cesare maior
Vlpius inde uenit qua formidata sicambris
Agrippina fuit fortis · pius · integer · acer
Talem capta precor traianum nescio siquis
Equiperet in fors iterum tu gallia mittas

Q ui uincat lachrime uocem clauſere precantiſ
& quicquid supereſt luctuſ rogat undiq; celi
A ſſurgunt proceres · marſ cypriſ romuluſ & qui
A uctoreſ tibi roma dei · iam mitior ipſa
F lectitur atq; iraſ ueteres ſaturnia donat
I uppiter iſta refert · fato quo cuncta reguntur
Q uoq; ego non licuit frangi ſat celſa laborant
S emper & elataſ nostro de munere parteſ
I nuadit natura ſibi · ſed concipe magnoſ
Q uanquam fracta animoſ ſi te porſenna ſoluto
P luſ timuit de ponte tremenſ ſi menia capta
M ox brenni uidere fugam · ſi deniq; dirum
H annibalem iuncto celi terreq; tumultu
R eppulimuſ cum caſtra tuiſ iam proxima muriſ
S tarent collina fulmen pro turre cucurrit
A tq; illic iterum timuit natura parentem
P oſt phlegram pugnare iouem · torpentia tolle
L umina deterſam mentem caligo relinquit
T e mirum eſt uinci incipieſ cum uincere · mirū
N on erit · utq; tibi pateat quo ſurgere tandem
F eſſa modo poſſiſ · paucis cognoſce · docebo
E ſt michi que latio ſe ſanguine tollit alumna
T elluſ clara uiriſ · cui non dedit optima quondā
R erum opifex natura parem fecunduſ ab urbe
P ollet ager primo qui uix proſciſſuſ aratro
S emina tarda ſitit · uel luxuriante uigore
A rcana expoſcit piceam pinguedine glebam

Aſſurrexit hinc coxit quod torridus auſter
Hidacum lybicumq; ſolum collataq; ſemper
Arida mygdonias damnarunt gargara fauceſ
Appulus & calaber ceſſit ſpeſ unica rerum
Hanc auerne colenſ nulli pede cediſ in armiſ
Quoſ uiſ uinceſ equo teſtiſ michi ceſariſ eſto
hic nimium fortuna pauenſ · cum colle repulſuſ
Gergouie caſtriſ mileſ uix reſtitit ipſiſ
hoſ ego tam forteſ uolui : ſed cedere autum
Dum tibi roma paro rutilant cui maxima dudum
Stemmata complexum germen palmata cucurrit
Per proauoſ gentiſq; ſue te teſte philagri
Patritiuſ reſplendet apex ſed portio quanta eſt
Hec laudum · laudare patreſ quoſ quippe curuleſ
Et prefecturaſ conſtat debere nepoti
Sint alii per quoſ ſe poſthuma iactet origo
Et priſcum tituliſ numeret genuſ alter auite
Nobilitaſ tu ſoluſ auoſ · libet edere tanti
Geſta uiri & primam pauciſ percurrere uitam
Soluerat in partum generoſa puerpera caſta
Ventriſ onuſ · manifeſta dedi mox ſigna futuri
Principiſ actutum fauſto trepidi patriſ aulam
Impleui augurio licet idem grandia nati
Culparet fata & pueri iam regna uideret
Sed ſibi commiſſum tanto ſub pignore cerneſ
Mundi depoſitum ne quid tibi roma periret
Iuuit fortunam ſtudio lactentia primum

Membra dedit niuibuſ glaciemq; irrepere plantiſ
Iuſſit & attritaſ primum ridere pruinaſ
Surgenteſ anni muſiſ formantur & illo
Quo cicerone tonaſ · didicit quoq; facta tuorum
Ante ducum · didicit pugnaſ libroq; relegit
Que gereret campo primuſ uix ceperat eſſe
Ex infante puer rabidam cum forte cruentiſ
Rictibuſ atq; eſcaſ ieiuna fauce parantem
Pluſ catuliſ ſtrauit · fuerant nam fragmina propter
Arreptam de caute lupam · fractuſq; molari
Diſſiluit uertex & ſaxum uoluere ſedit
Sic meuſ alcideſ nemee dum ſaltibuſ errat
Occurrit monſtro uacuuſ non robora portanſ
Non pharetraſ ſtetit ira tremenſ hoſteq; propinquo
Conſuluit ſoloſ uirtuſ decepta lacertoſ
Parua quidem dicenda tamen · qſ promptior iſto
Tenſa cathenati ſummittere colla moloſſi
& luſtriſ recubare feraſ interprete nare
Diſce non uiſaſ & in aere querere plantaſ ?
Iam ſi forte ſuem latratibuſ improbuſ umber
Eruit albenteſ nigro ſub gutture lunaſ
Frangere luduſ erat colluctantiq; lacerto
Vaſta per aduerſaſ uenabula figere predaſ
Q̃ pulchrum cum forte domum poſt luſtra reuertenſ
Horrore ſplenderet apri · uictuſq; repugnanſ
Prodere inuictum per fortia facta pudorem
Sic pandioniiſ caſte tritonidoſ aruiſ

h ippolẏtuſ roſeo ſudanſ radiaret ab ore
S ed ſimili gemino flagranſ cum creſſa furore
T ranſiit affectu matreſ & fraude nouercaſ
Q uid uolucrum ſtudium dat quaſ natura rapaceſ
I n uulguſ propecognatum quiſ doctior iſto
I nſtituit uariaſ per nubila iungere liteſ.
A lite uincit aueſ, celeriq; per ethera plauſu
h oc nulli meliuſ pugnator militat unguiſ
H ec minuſ hec inter cuncta mira ſecutuſ
E ligitur primuſ iuueniſ ſoluſ mala fracte
A lliget ut patrie poſcatq; informe recidi
V ectigal procerum tum forte potentior illic
P oſt etiam princepſ conſtantiuſ omnia preſtat
I ndole defixuſ tanta & miratuſ in anniſ
P aruuſ grande bonum uel in ore precantiſ ephebi
V erba ſeniſ ducaſ hunc pugnaſ & federa rerum
P andere roma libet, uariiſ incuſſa procelliſ
B ellorum regi getico tua gallia paciſ
P ignora miſſa dare eſt; interque nobiliſ obſeſ
T u theodore ueniſ qm̄ pietate propinqui
E xpenſiſ in media pelliti principiſ aula
T utuſ amice fide probat hoc theodoruſ ut altum
E xemplum officii reſ mira & digna relatu
Q; fueriſ blanduſ regi placuiſſe feroci
H inc te paulatim prelibat ſenſibuſ iuuiſ
A tq; animiſ uult eſſe ſuum; ſed ſpretuſ amicum
P luſq; romanum gerere ſtupet ille repulſam.

& priuſ inde placeſ · rigidum ſic pyrrhe uidebaſ
Fabricium ingeſtaſ animo cum diuite fugit
Pauper opeſ regeſ temnenſ dum ſupplice cenſu
Pignuſ amicitie iuli mendicat ab auro
Ecdicium interea ſcythico qui ſepe duello eſt
Edoctuſ ſequeriſ · qui quanquam celſuſ in armiſ
Nil ſine te geſſit cum plurima tu ſine illo
Nam poſt & norica bella ſubacto
Victor uindelico · belgam burgundio quem trux
Preſſerat abſoluit iunctuſ tibi uincitur illic
Curſu herculuſ · chunnuſ iaculiſ · francuſq; natatu
Sauromata clipeo · ſaliuſ pede · falce gelonuſ
Vulnere uel ſiquiſ plangit · cui fleſſe perire eſt
Ac ferro peraraſſe genaſ · uultuq; minaci
Rubra cicatricum ueſtigia defodiiſſe
Illuſtri iam tum donatuſ celſuſ honore
Squameuſ & rutiliſ etiam nunc liuida criſtiſ
Ora gerenſ uix arma gerenſ ſqualentia caſtriſ
Extulerat noua bella iterum pugnamq; ſub ipſiſ
Iam patrie muriſ perituruſ commouet hoſtiſ
Litoriuſ ſcythicoſ equiteſ dum forte ſubacto
Celſuſ aremoreo geticum rapiebat in agmen
Per terraſ aruerne tuaſ · qui proxima queq;
Diſcurſu · ferro flammiſ · feritate rapiniſ
Delebant paciſ fallenteſ nomen inane
huiuſ tum famulum quidam truculentior horum
Mox feriende feriſ · ruit ille & triſtia fata

C ommendat domino absenti partemq; future
V indicte moriens stygium spe portat ad amnem
& iam fama uiro turres portasq; tuenti
I nnuntiat pauide plebis perfert scelus actum
E xcutitur restat . pallet rubet ardet & alget
A c sibi met multas uultum uariata per unum
I ra facit facies uel qui mos sepe dolenti
P lus amat extinctum tandem prorupit & arma
A rma fremit pinguisq; etiam nunc sanguine fertur
L orica obtusus per barbara uulnera contus
A tq; sub assiduis dentatas cedibus ensis
I nclusit suras ocreis capitiq; micantem
I mponit galeam : fuluus cui crescit in altum
C onus & irritam iaculatur uertice lucem
& iam scandit equum uulsisq; a cardine portis
E micat . assistunt socio uirtusq; dolorq;
& pudor . armatas pilo petit impiger alas
P ugnando pugnam querens . pauidumq; per agmen
M ultorum interitu compensat q latet unus
S ic phrygium emathia uictorem cuspide poscens
E acides cesi luctum frenauit amici
P er mortes tot troia tuas iam uilia pre se
A gmina contentus ruere strictumq; per amplos
E xerere gladium populos natat obruta tellus
S anguine dumq; hebetat turba graue cedua telum
A bsens in cunctos sibi uulnere iam cadit hector
P roditus ut tandem tanti qui causa tumultus

Inquit auitus age stygia nutrire sub arcto
Qui furis & celso tantum qui fidis inermi
Congredere armato. multum tibi p̄stitit ira
Iam mea concessi pugnam iubeoq; resistas
Certantem mactasse iuuat. sic fatur & equor
Prosilit in medium. nec non ferus aduenit hostis
Ut primum pectus uel comminus ora tulere
Hic ira tremit. ille metu. iam cetera turba
Diuersis trepidant fatis uariosq; per ictus
Pendet ab euentu: sed postquam prima secunda
Tertiaq; acta rota est. uenit ecce & celsa trementem
Perforat hasta uirum. postq; & confinia dorsi
Cedit transfosso bis ruptus pectore thorax
& dum per duplicem sanguis singultat hiatum
Diuidua ancipitem carpserunt uulnera uitam
Hec post gesta uiri te met styx liuida testor
Intemerata michi prefectus iura regebat
& cupit hoc sibimet solitis defixa ruinis
Gallia suscipiens getica pallebat ab ira
Nil prece. nil pretio. nil milite fractus agebat
Ethius capto terrarum damna patebant
Litorio in rhodanum proprios producere fines
Theodori defixa nec erat pugnare necesse
Sed migrare getis: rabidam trux asperat iram
Victor q̄ sensit scythicum pro menibus hostem
Imputat & nil est grauius si forsitan unquam
Vincere contingat trepido. postquam undiq; nullum

P residium ducibusq; tuis nil roma relictum est
F edus auite nouas seuum tua pagina regem
L ecta domat iussisse sat est te quod rogat orbis
C redent hoc unquam gentes populiq; futuri
L itera romani cessat quod barbare uincis
I ura igitur rexit namq; hec quoq; pars fuit ut tum
A ssertor fieret legum qui nunc erit auctor
H ec clandus populus princeps caput imperatorq;
C esar & augustus solum fera prelia nosset
I am prefecture perfunctus culmine tandem
S e dederat ruri nunquam tamen ocia nunquam
D esidia imbellis studiumq; & cura quietis
A rmorum semper subito cum rupta tumultu
B arbaries totas in te transfuderat arctos
G allia pugnacem rugum comitante gelono
Z epida trux sequitur scotum burgundio cogit
C hunnus bellouacus neurus bastarna thoringus
B ructerus uluosa quem uel nicer alluit unda
P rorumpit francus cecidit cito secta bipenni
H ercinia in lintres & rhenum texuit alno
& iam terrificis diffuderat attila turmis
I n campos se belga tuos uix liquerat alpes
E thius tenue & rarum sine milite ducens
R obur in auxiliis geticum male credulus agmen
I ncassum propriis presumens affore castris
N untius at postquam ductorem perculit hunnos
I am prope contemptum propriis in sedibus hostem

10709

E xpectare getaſ uerſat uaguſ omnia ſecum
C onſilia & mentem curarum fluctibuſ urget
T andem cunctanti ſedit ſententia celſum
E xorare uirum collectiſq; omnibuſ una
P rincipibuſ coram ſupplex ſic talibuſ inſit
O rbiſ auite ſaluſ · cui non noua gloria nunc eſt
Q uod rogat ethiuſ uoluiſti & non nocet hoſtiſ
V iſ prodeſt · incluſa teneſ tot milia nutu
& populiſ geticiſ ſola eſt tua gratia limeſ
I nſenſi ſemper nobiſ pacem tibi preſtant
V ictriceſ · i · pro me aquilaſ · fac optime chunnoſ
Q uorum forte prior fuga noſ concuſſerat olim
B iſ uictoſ prodeſſe michi · ſic fatuſ & ille
P ollicituſ uotum fecit ſpem protinuſ inde
A duolat & famulaſ in prelia concitat iraſ
I bant pellite poſt claſſica romula turme
A d nomen currente geta timet ere uocari
D iruiuſ obprobrium non damnum barbaruſ horrēſ
H oſ ad bella trahit iam tum ſpeſ orbiſ auituſ
V el iam priuatuſ uel adhuc ſic cynnama buſto
C olliſ erythrei portanſ phebeuſ aleſ
C oncitat omne auium uulguſ famulantia currunt
A gmina & anguſtuſ pennaſ non explicat aer
I am prope fata tuiſ biſſenaſ uulturiſ alaſ
C ompebant ſciſ nanq; tuoſ ſciſ roma laboreſ
E thium placidum mactauit ſemiuir amenſ
V ixq; tuo impoſitum capiti diadema etroni

Illico barbarieſ nec non ſibi capta uideri
Roma getiſ telluſq; ſuo ceſſura furori
Raptoreſ ceu forte lupi quiſ nare ſagaci
Monſtrat odor pinguem clauſiſ ab ouibuſ auram
Irritant acuuntq; famem portantq; rapine
In uultu ſpem patulo ieiuna rictu
Fallenteſ iam iamq; tener ſpe frangitur agnuſ
Atq; abſenſ auido crepitat iam preda palato
Quin & aremoricuſ pyratam ſaxona tractuſ
Sperabat · cui pelle ſalum ſulcare britannum
Luduſ & aſſuto glaucum mare findere lembo
Francuſ germanum primum belgamq; ſecundum
Sternebat rhenumq; ferox alamanne bibebaſ
Romaniſ ripiſ & utroq; ſuperbuſ in agro
Vel ciuiſ uel uictor eraſ · ſed perdita cernenſ
Terrarum ſpatia princepſ iam maximuſ idem
Quod fuit in rebuſ peditumq; equitumq; magiſtrū
Te ſibi aute legit · collati rumor honoriſ
Inuenit agricolam flexi dum forte ligoniſ
Exercet denteſ uel pando pronuſ aratro
Vertit inexcoctam per pinguia iugera glebam
Sic quondam ad patrie reſ fractaſ pauper arator
Cincinnate ueniſ ueterem cum te induit uxor
Ante boueſ trabeam dictatoremq; ſaligne
Excepere foreſ atq; ad ſua tecta ferentem
Quod non perſeuit · turpiq; e faſce grauata
Vile triumphaliſ portauit purpura ſemen

V t primum ingeſti ponduſ ſuſcepit honoriſ
L egaſ per qui ueniam poſcant alamanne furoriſ
S axoniſ incurſuſ ceſſat · catuimq; paluſtri
A lligat albiſ aqua uixq; hoc ter menſtrua totum
L una uidet iamq; ad populoſ actura feroci
T enta gete pertendit iter · qua pulſuſ ab eſtu
O ceanuſ refluum ſpargit per culta garūnam
I n flumen currente mari tranſcēdit amaruſ
B landa fluenta latex · fluuiiſq; impacta per alueum
S alſa peregrinum ſibi nauigat unda profundum
H ic iam depoſito laxanteſ frena duello
V eſtrum procereſ raptim ſuſpendit ab ira
R umor ſuccincto referenſ diplomate auitum
I am geticaſ intrare domoſ · poſitaq; parumper
M ole magiſterii legati iura ſubiſſe
O bſtupuere duceſ pariter ſcythicuſq; ſenatuſ
& timuere ſuam pacem ne forte negaret
S ic rutiluſ pheton leuium cum carperet axeſ
I am pallente die flagrantiq; excita mundo
P ax elementorum fureret · uel ſicca propinquuſ
S euiret per ſtagna uapor limuſq; femiret †
P uluereo ponti fundo · tunc unica phebi
I nfunctum clemenſ extinxit flamma calorem
H ic aliquiſ tum forte geteſ dum falce recocta
I ctibuſ informat ferroq; cacuminat enſem
I am promptuſ caluiſſe tubiſ · iam iamq; frequenti
C ede ſepulturuſ terram non hoſte ſepulto

C larruit: ut primum nomen uenientiſ auiti
E xclamat periit bellum: date rurſuſ aratra
O cia ſi replico priſce bene nota quietiſ
N on ſemel iſte michi ferrum tulit o pudor odi
T antum poſſe fidem quid federa lenta minariſ?
I n dampnum michi fide meum compendia paciſ
P reſtare iubeſ noſ & debere quiſ unquam
C rederet: en getici regeſ parere uolenteſ
I nferiuſ regnaſſe putant: nec dicere ſaltem
D eſit & obtento poſſimuſ te prelia nolle
P acem fortiſ amaſ iam parthoſ ſternit auituſ
I nſuper & geticaſ premiſſuſ temperat iraſ
M eſianuſ adhuc mandaſti & ponimuſ arma
Q uid reſtat quod poſſe uelis? quod nō ſumuſ hoſteſ
P arua reor priſco q̄ ſi michi notuſ in actu eſ
A uxiliariſ ero uel ſic pugnare licebit
H ec ſecum rigido uerſuſ dum corde uolutat
V entum in conſpectu fuerat: rex atq; magiſter
P rpter conſtiterant hic uultu erectuſ at ille
L eticia erubuit ueniamq; rubore popoſcit
P oſt hinc germano regiſ hinc rege retento
P alladiam implicitiſ manibuſ ſubiere toloſam
H aud ſecuſ inſertiſ ad puluinaria palmiſ
R omuluſ & taciuſ feduſ iacere parentem
C um ferro & rabidiſ cognato in marte maritiſ
H erſilia inſtruit pallanti in colle ſabinaſ
I nterea incautum furtiuiſ uandaluſ armiſ

Te capit inſidioq; tibi burgundio ductu
Extorquet trepidaſ mactandi principiſ iraſ
heu facinuſ in bella iterum quartoſq; laboreſ
Perfida eliſſee crudeſcunt claſſica byrſe
Hutriciſ quod feta malum conſcenderaſ arceſ
Euandri maſſila phalanx · monteſq; quirini
Marmarici preſſere pedeſ · rurſuſq; reuexit
Que captiua dedit quondam ſtipendia barche
Exilium patrium · plebiſ mala principe ceſo
Captiuum imperium geticaſ rumor tulit aureſ
Luce noua ueterum cetuſ qđ more getarum
Contrahitur · ſtat priſca anniſ uiridiſq; ſenectuſ
Conſiliiſ · ſqualent ueſteſ ac ſordida marco
Lintea pingueſcunt tergo · nec tangere poſſunt
Altate ſuram pelleſ ac poplite nudo
Peronem pauper nuduſ ſuſpendit equinum
Poſtquam in conſilium ſeniorum uenit honora
Pauperieſ piciſq; ſimul rex uerba popoſcit
Dux ait optaſſem patriiſ ſecutuſ in aruiſ
Emeritam fateor ſemper fouiſſe quietem
Ex quo militie poſt munera terna ſuperbum
Prefecture apicem quarto iam culmine rexi
Seddum me noſtri principiſ modo maximuſ orbiſ
Ignarum abſentem procerum ꝑ mille repulſaſ
Ad lituoſ poſt iura uocat · uoluitq; ſonoriſ
Preconem mutare tubiſ · promptiſſimuſ iſtu
Arripui officium uoſ quo legatuſ adirem

Federa priſca precor que non meuſ ille teneret
Iuſſiſſem ſi forte ſenex. cui ſemper auitum
Deſtare creuiſſe fuit: tractare ſolebam
Reſ geticaſ olim ſciſ te neſciſſe frequenter
Que ſuaſi: non facta tamen fortuna priorem
Arripuit genitum: periit quodcumq; merebar
Cum genitore tuo narbonem tabe ſolutum
Abierat tum paruuſ erat, trepidantia cingenſ
Milia in infameſ iam iamq; coegerat eſtaſ
Iam triſtiſ proprie credebat defore prede
Si clauſuſ fortaſſe perit: cum noſtra probauit
Conſilia & refugo laxauit menia bello
Teq; ipſum ſibi ecce ſenex hoc pectore fultum
He flentem tenuere manuſ, ſi forſitan altrix
Te michi cum nolleſ lactandum tolleret ecce
Aduenio & priſci repeto modo pignuſ amoriſ
Si tibi nulla fideſ: nulla eſt reuerentia patriſ
I duruſ pacemq; nega. prorumpit ab omni
Murmur conſilio: fremituſq; & prelia damnāſ
Seditioſa ciet concordem turba tumultum
Tum rex affatur: dudum dux inclyte culpo
Poſcere te pacem noſtram cum cogere poſſiſ
Seruitium trahere ac populoſ in bella ſequenteſ
Ne queſo inuidiam patrio michi nomine inuraſ
Quid mereor, ſi nulla iubeſ: ſuadere ſub illo
Quod poteraſ modo uelle ſat eſt: ſolumq; moratur
Quod cupiaſ neſciſſe getaſ: michi romula dudum

Per te iura placent · paruumq; ediſcere iuſſit
Ad tua uerba pater · docili quo priſca maroniſ
Carmine molliret ſcythicoſ michi pagina moreſ
Iam pacem tum uelle doceſ : ſed precipe q̄ ſit
Conditio officii · forſam rata pacta probabiſ
Teſtor roma tuum nobiſ uenerabile nomen
Et ſocium de marte genuſ · uel quicquid ab euo
Nil te mundus habet meliuſ : nil ipſe ſenatuſ
Me pacem ſeruare tibi : uel uelle abolere
Que noſter peccauit auuſ : quem fuſcat ad unum
Q te roma capit : ſed dii ſi uota ſecundent
Excidii crimen ueteriſ purgare ualebit
Vltio preſentiſ · ſi tu dux inclyte ſolum
Auguſti ſubeaſ nomen · quid lumina flectiſ ?
Inuitum pluſ eſſe decet · nunc agimuſ iſtud
Sed tum teſtamur rome ſum te duce amicuſ
Principe te mileſ · regnum non preripiſ ulli
Nec quiſquam latiuſ auguſtuſ poſſideſ arceſ
Qua uacat aula tua eſt · teſtor non ſufficit iſtud
Ne noceam atq; hoc uīt diademate fiat
Vt proſim ſuadere meum eſt · nam gallia ſi te
Compulerat · qui iure poteſ · tibi pareat orbiſ
Ne pereat dixit pariterq; in uerba petitam
Dat ſanctam cum fratre fidem diſcediſ auite
Meſtuſ qui galloſ ſcireſ non poſſe latere
Cui poſſent ſeruire gete te principe namq;
Ciuibuſ ut paruit trepidiſ te federa ferre

Occurrunt alacreſ ignaroq; ante tribunal
Sternunt · utq; ſatiſ ſibimet numeroſa coiſſe
Nobilitaſ uiſa eſt q̄ ſaxa niualia coetu
Deſpectant uariiſ · neunquam partibuſ ambit
Tyrrheni rheniq; liquor · uel longa pyrene
Quam iuga ab hiſpano ſecluſa uere coercent
Aggreditur nimio curarum pondere triſtem
Gaudenſ turba uirum · procerum tum maxim' unuſ
Digniuſ qui patrie perſonam ſumeret infit
Quam noſ per uarioſ dudum fortuna laboreſ
Principe ſub puero laceriſ terit aſpera rebuſ
Forſ longum dux magne queri : cum q̄ppe dolentum
Maxima parſ fueriſ · patrie dum uulnera lugenſ
Solicitudinibuſ uehementibuſ exagitatiſ
Haſ nobiſ inter cladeſ ac funera mundi
Morſ uixiſſe fuit : ſed dum per uerba parentum
Ignauaſ colimuſ legeſ · ſanctumq; putamuſ
Rem ueterem per damna ſequi · portauimuſ umbrā
Imperii generiſ contenti ferre uetuſti
Et uitta ac ſolitam ueſtiri murice gentem
More magiſ q̄ iure pati promptiſſima nuper
Fluxit conditio propriaſ quia gallia uireſ
Exercet trepidam dum maximuſ occupat urbem
Immo orbem potuit · ſi te tibi tota magiſtro
Regna reformaſſet : quiſ tirum bellica uira
Littuſ aremorici geticaſ quiſ mouerit iraſ
Non latet hiſ tantiſ tibi ceſſimuſ inclyte belliſ

H unc iam ſumma uocant · dubio ſub tempore regnum
N on regit ignauuſ · poſt ponitur ambituſ omniſ
V ltima dum claroſ querunt poſt damna ticini
Et trebie · trepidanſ raptim reſ publica uenit
A d fabium cannaſ celebreſ uarrone fugato
S cipiadumque etiam turgentem funere penum
L iuiuſ electuſ fregit captiuuſ ut aiunt
O rbiſ in urbe iacet princepſ perit · hic caput omne
N unc habet imperium petimuſ conſcende tribunal
E rige collapſoſ non hoc modo tempora poſcunt
V t romam pluſ alter amet · nec forte reare
T e regno non eſſe parem · cum brennica ſigna
T arpeium premerent · ſciſ tum reſ publica noſtra
T ota camilluſ erat · patrie qui debituſ ultor
T exit fumanteſ hoſtili ſtrage fauillaſ
N on tibi centuriaſ aurum populare parabit
N on modo uenaleſ numeroſaque aſſe redempte
C oncurrunt ad puncta tribuſ ſuffragia mundi
N ulluſ emit pauper legeriſ quod ſufficit unum
E ſ meritiſ diueſ patrie cur uota morariſ
Q ue iubet · ut iubeaſ · hec eſt ſententia cunctiſ
S i dominuſ ſiſ liber ero fragor atria complet
T hirreni quo forte loco pia turba ſenatuſ
D etulerat unum uota preceſ · locuſ · hora dieſque
D ucitur imperio felix · at protinuſ illic
N obilium excubiaſ gaudenſ ſolertia mandat
T ertia lux refugiſ hyperiona fuderat aſtriſ

Concurrunt proceres ac milite circumfuſo
Aggere compoſito ſtatuunt actuq; coronant
Caſtrenſi meſtum donantq; inſignia regni
Iam prius induerat ſolas de principe curas
haud alio quondam cultu thirynthius heros
Pondera ſuſcepit celi ſimul atq; noverce
Cum libyca ſe rupe gigas ſubduceret & cum
Tutior herculeo ſediſſet machina dorſo
Hunc tibi roma dedi patulis dum gallia campis
Intonat auguſtum plauſu fauſtumq; fragorem
Portat inexanguem boreas iam fortior auſtrum
hic tibi reſtituet libyen per uincula quarta
& cuius ſolum amiſſas per ſecula multa
Pannonias reuocabit iter · iam credere pmptū eſt
Quid faciat bellis o quas tibi ſepe iugabit
Infractas gentes aquilis · qui maxima regni
omnia priuatus fugit cum forte uianti
Excuteret prepes plebeium motus amictum
Letior at tanto modo principe priſca deorum
Roma parens attolle genas ac turpe ueternum
Depone en princeps faciet iuueneſcere maior
Quam pueri fecere ſenem finem pater ore
Vix dederat plauſere dei fremituſq; cucurrit
Concilio felix tempus neuere ſorores
Imperiis auguſte tuis & conſulis anno
Fulua uolubilibus duxerunt ſecula penſis

Panagyricus ad priſcum ualerianū uirū pfectoriū

Priſce

TRiſte decuſ ſemper nr̄um cui principe auito
Cognatum ſociat purpura celſa genuſ
Ad tua cur noſtre currant examina nuge
Dico ſtate uage · quo properatiſ · amat
Diſtrictuſ ſemper cenſor qui diligit extat
Dura fronte legit mollis amicitia
Nil tantum prodeſt adiectum laudibuſ illud
Vlpia q̄ rutilat porticuſ ore meo
Aut quod adhuc populo ſimul & plaudente ſenatu
Ad nr̄um reboat concaua roma ſophoſ
Reſpondent ille · properabimuſ · ibimuſ & noſ
Non retineſ tanto iudice culpa placet
Cognitor hoc nulluſ melior bene carmina penſat
Contemptu tardo iudicio celeri
Et quia non potui temeraria ſiſtere uerba
hoc rogo ne dubiteſ lecta dicare rogo ·
Finit prefatio · endecaſſillimi incipiunt ·
Dic dic quod peto magne dic amabo
Felix nomine mente honore forma
Natiſ coniuge fratribuſ · parente
Germanuſ genitoriſ atq; matriſ
Et ſummo patruelium catullo
Quid nugaſ temerariaſ amici
Sparſit quaſ tenere iocuſ iuuente
In formam redigi iubeſ libelli ·
Ingentem ſimul & repente faſcem
Conflari iubeſ & perire chartam ·

Mandatiſ famulor: ſed ante teſtor
Lector quaſ patieriſ hic ſalebraſ
Non noſ currimuſ aggerem uetuſtum
Nec quicquam inuenieſ ubi priorum
Antiquaſ terat orbitaſ thalia
Non hic antipodaſ ſalumq; rubrum
Non hic inchonioſ canemuſ indoſ
Aurore face ciuica per uſtoſ
Non artaxata ſuſa bactra carraſ
Non cetam babylona perſonabo
Que largum fluuio patenſ alumno
Incluſum bibit hinc & inde tygrim
Non hic aſſyriiſ ninum priorem
Non mediſ caput arbacen profabor
Nec quam diuite cum refugit hoſtem
Arſit ſardanapalluſ in fauilla
Non cyrum aſtyagiſ loquar nepotem
Nutritum ubere quem ferunt canino
Cuiuſ non ualuit rapacitatem
Vel lydi ſatiare gaza creſi
Cuiuſ nec feritaſ ſubacta tunc eſt
Ceſiſ milibuſ ante cum ducentiſ
Inuallis ſcythice coactuſ arcum
Orbate ad thamiroſ ueniret utrem
Non hic cecropioſ legeſ triumphoſ
Vel ſiquo marathon rubet duello
Aut cum milia mille concitarent

I nflatum numeroſitate xerſem
A tq, hunc fluminibuſ ſatiſ profundiſ
C onfeſtim ebibitiſ adhuc ſitiſſe
N ec non thermopylaſ & helliſ undaſ
S pretiſ obicibuſ ſoli ſaliſq,
I nſanuſ equitaſſe cateruiſ
A dmiſſoq, in athon tumente ponto
I uxta frondifere cacumen alpiſ
S calptaſ claſſibuſ iſſe per cauernaſ
N on prolem garamantici tonantiſ
R egniſ principibuſq, principantem
P orrectaſ aſie loquar paterno
A ctum flumine peruolaſſe terraſ
& primum darii tumultuantiſ
P refectoſ ſatrapaſq, perculiſſe
M ox porum ſolio patrum ſuperbum
C ognatoſq, deoſ ſibi crepantem
C aptiſ coniuge · liberiſ parente
I n caſuſ hominiſ redire iuſſum
Q ui cum maxima bella concitaſſet
T ota & perſidiſ undiq, gregate
V no conſtituiſſet arma campo
N on ſolum perhibitur aſſecutuſ
D ormire ut meliuſ liberet hoſti
N on uectoſ myrrha loquente ſilua
D icam phaſiaco ſtetiſſe portu
F ama percita cum ducis pelaſgi

M olliret rabidoſ uirago tauroſ
H ec tum territa cum ſuuſ colonuſ
P oſtanguiſ domiti ſatoſ molareſ
A rmataſ tremebundaſ inter herbaſ
F ulgere in ſegetem uideret hoſtem
& pugnantibuſ hinc & hinc ariſtiſ
S upra belliferaſ madere glebaſ
C ulmoſoſ uirich cruore fratreſ
N on hic terrigenam loquar cohortem
A dmixto mage uiuidam ueneno
C ui preter ſpetiem modo carentem
A ngueſ corporibuſ uoluminoſiſ
A lte ſquamea crura porrigenteſ
I n ueſtigia fauce differebant
S ic forme tripliciſ procax iuuentuſ
T ellurem pede proterenſ nonna
C urrebat capitum ſtupenda greſſu
& cum claſſica numinum ſonabant
V ox contra tonitruſ reſibilante
A udebat ſuperoſ ciere planta
H ec phlegre legiſ ampliata rura
M iſſi dum uolitant per aſtra monteſ
P induſ, pelion, oſſa, olympuſ, othryſ
C um ſiluiſ gregibuſ, feriſ, pruinuſ
S axiſ, fontibuſ, opiduſ leuati
V ibrantrum ſpatioſiore dextra
N on hic herculiſ excolam laboreſ

C ui ſuſ cerua · leo · gigaſ · amazon
H oſpeſ tauruſ · eryx · aueſ · lycuſ · fur
N eſſuſ · libſ · iuga · poma · uirgo ſerpenſ
O ethe · troaſ eque boueſ hibere
L uctator fluuiuſ canis triformiſ
P ortaruſq; poluſ polum dedere
N on hic elidam nobilem quadrigiſ
N ec notam nimiſ amniſ ex amore
V erſu proſequar; ut per ima ponti
A lpheuſ fluat atq; tranſmarina
I n fluctuſ cadat unda coniugaleſ
N on hic tanta leam domum retexam
Q ua mixtum pelopea per parentem
P roliſ facta ſoror · nouoq; monſtro
I nfantem genuit pater nepotem
N il meſtum hic canitur; nec eſculentam
F letuſ pinguimuſ ad dapem thyeſte
F ratriſ crimine qui miſer uoratiſ
V iuum pignoribuſ fuit ſepulchrum
C um poſt haſ epulaſ repente flexiſ
T itan curribuſ occidenſ ad ortum
C onuiuam fugeret diem fugaret
N ec phryx paſtor erit tibi legenduſ
D ecreſcenſ · cui dindimon reciſo
F ertur uertice texuiſſe claſſem
C um iuſſu ueneriſ patrocinantiſ
T erraſ oebaliaſ & hoſpitaleſ

Raptor depopulatuſ eſt amyclaſ
Predam tranſ pelaguſ petenſ ſequacem
Sed nec pergama nec decenne bellum
Nec ſeuaſ agammenoniſ phalangeſ
Nec periuria perſequar ſynoniſ
Arx quo palladio dicata ſigno
Pellaci reſerata proditore
Portantem pediteſ equum recepit
Non hic maeonie ſtilo camene
Cuiuſ dulichiiq; theſſaliq;
Virtutem ſapientiamq; narro
Quorum hic peliaco putatur antro
Venatu fidibuſ · paleſtra & herbiſ
Saturnigena ſemine inſtitutuſ
Dum nunc luſtra terenſ puer ferarum
Paſſim per pholoen iacet niualem
Nunc preſepibuſ accubanſ amatiſ
Dormit molliuſ in iuba magiſtri
Inde ſyriadum datuſ parenti
Falſe nomina pretuliſſe parthe
Atq; inter tetrice choroſ minerue
Occultoſ ueneri rotaſſe tyrſoſ
Poſtremo ad phrygie ſonum rapine
Tractuſ laudibuſ hectoriſ trahendi
Aut illum cui contigit paternam
Quartum poſt itacam redire luſtrum
Nec ſmyrnee ſatiſ explicat uolumen

N am quiſ continuare poſſit illoſ
Q uoſ terra & pelago tulit laboreſ
R aptum palladium . repertum achillem
C aptum prepetibuſ dolona plantiſ
A reſi niueaſ priuſ quadrigaſ
X anthi q̄ biberent fluenta tractaſ
E reptam quoq; quam deuſ patronuſ
P hilotheta dedit tibi phretram
A iacem thelamonium furentem
Q ſe ſe ante rateſ agente cauſam
P ugnaciſ tulit eloquenſ coronam
V itatum hinc polyphemon atq; circen
& leſtrygonii famem tyranni
T um pomaria diuitiſ calipſuſ
S yrenaſ pereuntibuſ plantiſ
V itataſ tenebraſ facemq; naupli
& ſylle rapidum uoraciſ inguen
V el tauromnitana quoſ charybdiſ
R uctato ſcopuloſ cauat profundo
N on diuoſ ſpecialibuſ fauenteſ
A griſ urbibuſ . inſuliſq; canto
S aturnum latio . iouemq; crete
I unonemq; ſamo . rhodoq; ſolem
E tne perſephonem . mineruam hymetto
V ulcanum lypare . papho dione
A rgiſ perſea . lampſaco priapum
T hebiſ euchyon . ilioq; ueſtam

T ymbre delion arcadem lycaeo
M artem thracibuſ ac ſcythiſ dianam
Q uoſ fecere deoſ dicata templa
T huſ ſal far mola uel ſuperfluarum
C onſecratio cerimoniarum
N on cum triptolemo uerendam eleuſin
Q ui primum populiſ dedere ariſtaſ
P aſciſ chaonium per ilicetum
N on apim mareoticum ſonabo
A d memphitica ſiſtra concitari
N on dicam lacedemonoſ iuuentam
I nſtaſ tyndaridiſ dicaſſe luctaſ
D octoſ quoſ patriiſ palem thermiſ
G ymnaſ bebrition tremit thaqui
N on ſorteſ lyciaſq; celitumq;
R eſponſa aut themidiſ priora delphiſ
N ec que fulmine thuſcuſ expiato
S eptum numina querit ad bidental
N ec quoſ euganeum bibenſ timauum
C olle antenoreo uidebat augur
D uoſ theſſalicam mouere pugnam
N ec quoſ amphiarauſ & melampuſ
E x ipſiſ rapuit deoſ fauilliſ
P er templum male fluctuante flamma
G audenſ lumine perdito metelluſ
N on hic cyniphiuſ canetur hāmon
M itratum caput eleuanſ harenis

Vix ſe poſt hecatombion litatuſ
Suetuſ promere ſyrtium baratro
Non hic dindima : ne crepante buxo
Curetaſ berecynthiam ſonanteſ
Non bacchiam treieterica excerentem
Deſcribam & tremulaſ furore feſto
Ire in baſſaridaſ uel infulatoſ
Arum ad thuricremam rotare myſtaſ
Non hic heſiodea pinguiſ aſtre
Specte carmina pyndari chordaſ
Non hic ſocciferi iocoſ menandri
Non leſi archilochi feroſ iamboſ
Vel pluſ ſterſichori graueſ camenaſ
Aut quod compoſuit puella leſei
Non quod mantua conſumax homero
Adnecit latialibuſ loqueliſ
Equari ſibi met ſubinde liuenſ
Buſto parthenopen maroniano
Non quod per ſatyraſ eplarum
Sermonumque ſaleſ nouumque epodon
Libroſ carminiſ ac poeticam artem
Phebi laudibuſ & uage diane
Chartiſ uoluit ſacraſſe flaccuſ
Non quod papiniuſ tuuſ meuſque
Inter labdacioſ ſonat furoreſ
Aut cum forte pedum minore rithmo
Pingit gemmea prata ſiluularum

N on quod cordula prepotenſ alumnuſ
F acundum ciet hic credaſ legendum
Q uorum unuſ colit hiſpidum platona
I ncaſſumq; ſuum monet neronem
O rcheſtram quatit alter euripidiſ
P ictum fetibuſ eſchilon ſecutuſ
A ut plauſtriſ ſolitum ſonare theſpin
C ui poſt pulpita trita ſub coturno
D ucebant olide   capelle
P ugnam tertiuſ ille gallicani
D icit ceſariſ ut gener ſocerq;
C ognata impulerint in arma romam
T antum danſ lachrimaſ ſuiſ philippiſ
V t credat cremere leuem ruinam
I nfra & cenſeat alliam dolendum
A c brenni in trutina iouem redemptum
P oſtponat trebiam graueſq; cannaſ
S tragem nec traſimenicam loquatur
F ratreſ ſcipiadaſ putet ſilendoſ
Q uoſ tarteſiacuſ retentat orbiſ
E uphratem taceat male appetitum
C raſſorum & madidaſ cruore carraſ
V el quoſ ſparthace conſulum ſolebat
V ictrici gladioſ fugare ſica
I pſum nec fleat ille pluſ duellum
Q uod poſt cymbrica turbiduſ trophea
& iunctum naſamonium iugurtham

Dum querit mitridaticum triumphum
Arpinaſ uoluit mouere ſylle
Non getulicuſ hic tibi legetur
Non marſuſ pedo . ſyliuſ . tibulluſ
Non quod ſulpitie iocuſ thalie
Scripſit blandiloquum ſuo celeno
Non perſi rigor aut lepoſ properti
Sed nec centimeter terentianuſ
Non luciliuſ hic lucretiuſq; eſt
Non turnuſ memor enniuſ catulluſ
Stella & ſeptimiuſ petroniuſq;
Aut mordax ſine fine martialiſ
Non qui tempore ceſariſ ſecundi
Eterno incoluit tanin reatu
Nec qui conſimili deinde caſu
Ad uulgi tenuem ſtrepentiſ auram
Irati fuit hiſtrioniſ exul
Non peluſiaco ſatuſ canopo
Qui ferruginei thoroſ mariti
& muſa canit inferoſ ſuperna
Nec qui iam patribuſ fuere noſtriſ
Primo tempore maximi ſodaleſ
Quorum unum bonifatium ſecutuſ
Nec non precipitem ſebaſtianum
Nataleſ puer horruit caducoſ
Pluſ pandioniaſ canenſ athenaſ
Cuiuſ ſi uarium legaſ poema

T um phebum uel hyantiaſ puellaſ
P otato madidaſ ab hippocrene
T unc amphiona filiumq; maie
T unc uatem rhodopeium ſonare
C ollato modulamine arbitrerıſ
N on tu hic non legeriſ tuumq; fulmen
O dignıſſime quintianuſ alter
S pernenſ qui lygurum ſolum & penateſ
M utaſ tollere galliaſ amaſti
I nter claſſica ſigna pila turmaſ
L audanſ ethium uacanſq; libro
I n caſtriſ edera lauream
S ed nec tertiuſ ille nunc legetur
B etim qui patrium ſemel relinquenſ
V ndoſe petiit ſitum rauenne
P loſoreſ cui fulgida quiriteſ
E t caruſ popularitate princepſ
T raiano ſtatuam foro locarunt
S ed ne tu michi comparare tenteſ
Q uoſ multo minor ipſe pluſ adoro
P aulinum ampeliumq; ſymmachumq;
M eſſalam ingenii ſatiſ profundi
A nulli modo maricum ſecundum
D icendi arte noua parem uetuſtiſ
P etrum & cum loquitur nimiſ ſtupendum
V el quem municipalibuſ poetiſ
P reponit bene uillicum ſenatuſ

N oſtrum aut quoſ retinet ſatiſ diſertoſ
D ulcem anthendion & michi magiſtri
M uſaſ ſat uenerabileſ heuii
A crem lampridium cattũ leonem
P reſtantemq; tuba ſeuerianum
& ſic ſcribere non minuſ ualentem
M arcuſ quintilianuſ ut habebat
H oſ ualde ſterileſ modoſ camene
R are credimuſ hoſ breuiq; charte
Q ue ſcombroſ merito piperq; portet
N am quiſnam deuſ hoc dabit reiecte
V t uel ſinſcipienſ bonoſ odoreſ
N ardum ac pinguia nicerotianiſ
Q ue fragrant alabaſtra tincta fuciſ
I ndo cynnamon ex rogo petitum
Q uo phoenix iuueneſcit occidendo
C oſtum malobratum roſaſ amomum
M yrrhaſ tuſ opobalſamumq; ſeruet
Q uapropter facinuſ meum tuere
& condiſcipuli tibi obſequentiſ
I ncautum precor aſſeraſ pudorem
G ermanum tamen ante ſed memento
D octrine columen probum aduocare
I ſti qui ualet excarationi
D iſtrictum bonuſ applicare theta
N oui ſed bene non refello culpam
N ec doctiſ placet impudenſ poeta

S ed nec turgida contumeliosi
L ectoris nimium uerebor ora
S i tanquam grauior seuériorque
N ostre tersichore iocum refutans
R ugato cato tertius labello
N arem rhinocheronticam minetur
N on te terreat hic nimis peritus
V erum si cupias probare tenta
N ullus scit michi crede quanta nescit

Eiusdem epithalamii prefatio

F Lucticole cum festa nurus pegasea per antra
Rupe sub emathia pelion expleuit
A ngustabat humum superbum satis ampla suppellex
certabant gazis hinc polus · hinc pelagus
D ucebantque choros uiridi prope textus amictu
Cerulee palle concolor ipse socer
N ympha quoque in thalamos ueniens de gurgite nuda
Vestiri cepit membra timere uiri
N um diuum quicumque aderat terrore remoto
Quo quis pollebat lusit in officio
I uppiter emisit tepidum sine pondere fulmen
& dixit melius nunc citherea calet
P ollux tum cestu laudatus castor habenis
Pallax tum castris delia tum pharetris
A lcides claua mauors tum lusit in hasta
Arcas tum uirga · nebride · tum bromius
h uic & pepliadas induxerat optimus orpheus

c hordiſ uoce manu carminibuſ calamiſ
A mbitioſuſ hymen totaſ ſibi contulit arteſ
Qui non ingenio ſorſ placuit genio
F eſcennina tamen non ſunt admiſſa priuſ q̄
ſintonuit ſolita noſter apollo lyra

Epithalamium ad ruricium & hebriam

I nter cyaneaſ ephirea cacumine cauteſ
Q ua ſuper idalium leuat orithion in ethram
E xeſi ſale montiſ apex ubi fōte uagantem
D um fugit & fixit trepiduſ ſymplegada typhiſ
A tq; recurrentem ructantem ad rauca maleam
E xit in iſthmiacum pelaguſ claudentibuſ aliſ
S axorum de rupe ſinuſ perſepe receſſu
S ic tanquam toto coeat de lumine celi
A rctatur collecta dieſ tremulaſq; per undaſ
I nſequitur ſecreta uadi tranſmittitur alto
P erfuſuſ ſplendore latex miroq; relatu
L ympha bibit ſolem . tenuiq; inſerta fluento
P erforat arenti radio lux ſicca liquorem
P erfecit ſtudio ſpatium tam lemniuſ illic
C eu templum luſit ueneri fulmenq; relinquſ
h ic ferrugineuſ fumauit ſepe pyragmon
H ic lapiſ eſt de quinq; lociſ danſ quinq; coloreſ
E thiopſ phrygiuſ pariuſ penuſ lacedemon
P urpureuſ uiridiſ maculoſuſ eburnuſ & albuſ
P oſteſ chryſoliti fuluuſ diffulgurat ardor
M irrina ſardoniceſ ametiſtuſ hiberuſ hydaſpiſ .

Induſ calchidicuſ · ſcythicuſ · berilluſ achateſ
Attollunt duplíceſ argenti cardine ualuaſ
Per quaſ incluſi lucem uomit umbra ſmaragdi
Lumina craſſuſ onyx cruſtat · propterq; iacynthi
Cerula concordem faciunt in ſtagna colorem
Exterior non compta ſilex : ſed prominet alte
Aſper ab aſſiduo lympharum uerbere pumex
Interiore loco ſimulauit mulciber auro
Extanteſ late ſcopuloſ atq; arte magiſtra
Ingenti cultu nature inculta fefellit
Hunc operi inſiſtenſ quod nec dum nouerat illa
Que poſt lemniaciſ damnauit furta cathenis
Squameuſ huc triton dupliciſ confinia dorſi
Qua coeunt ſupra ſinuantia tortiliſ alui
Inter aquam calido portabat corde dionem
Sed premit adiecto radiantiſ pondere conche
Semiferi galathea latuſ · quod pollice fixo
Vellat & occulto ſpondet connubia tactu
Tum gaudenſ torquente ioco ſubridet amator
Vulnere iamq; ſuam parcenti piſtre flagellat
Pone ſubit turbiſ flagrantibuſ agmen amorum
Hic cohibet delphina roſiſ uiridiq; iuuenco
Hic uectuſ ſpretiſ pendet per cornua freniſ
Hic ſtanteſ motu titubant plantaq; madenti
Labuntur firmantq; pedum ueſtigia pīniſ
Illa recuruato dimiſerat ora lacerto
Mollia marcebant mole grauiorq; ſopore

Ceperat attritu florum deſcendere ceruix
Soluſ de numero fratrum pulchrior ille eſt
Dea amor · dum feſta parat celeberrima galliſ
Qua ſocer omnatuiſ maiorum maior auorum
Patritieq; nepoſ gentiſ nate generoq;
Excolit auſpiciiſ fauſtiſ / ſed fulſit ut ille
Forte dieſ · matrem celeri petit ille uolatu
Cuiuſ fax arcuſ corythoſ pendebat at ille
Cernuuſ & leue pendenſ in margine palme
Libratoſ per inane pedeſ aduerberat aliſ
Obſcula ſic matriſ carpenſ ſomnoq; refulſe
Semiſopora leui ſcalpebat lumina penna
Tum peior hiſ alacer cepit · noua gaudia porto
Feliciſ prede genitrix · calet ille ſuperbuſ
Ruricuſ noſtriſ facibuſ dulciq; ueneno
Tactuſ uotiuum ſuſpirat corde dolorem
Eſſet ſi preſenſ etaſ impenderet illi
Lemniaſ imperium creſſa taurum labyrinthi
Alceſte uitam circe herbaſ poma caliſo
Scylla comaſ atlanta pedeſ · medea furoreſ
Hippodame ceraſ · cygno ioue nata coronam
Huic dido infernum ſimul in ſuſpendia phyllis
Euadne in flammaſ & ſeſtiaſ iſſet in undaſ
Hic hec illa refert gaudemuſ nate rebellem
Quinciſ laudaſq; uirum · ſed forma puelle eſt
Quam ſi ſpectaſſet quondam ſthenobeiuſ heroſ
Non pro contemptu domuiſſet monſtra chimere

Thermodontiaca uel qui genitrice ſuperbuſ
Spreuit gnoſiace temeraria uota nouerce
Hac uiſa occiderat fateor: ſed crimine uero
Et ſi iudicio forſan michi quarta fuiſſet
Me quoq; roethea damnaſſet paſtor in ida
Vincere uel ſi optaſ iſtam da malo puellam
Dixerat hanc dederam formam pro munere forme
Tantuſ honor gemiſq; geniſ collata rubori
Pallida blatta latet depreſſaq; lumine uultuſ
Nigreſcunt iuncta bacarum fulgura collo
Te quoq; multimodiſ ambiſſet hiberia ludiſ
Axe pelopſ curſu hippomaneſ, luctaq; acheloiuſ
Eneaſ belliſ ſpectatuſ gorgone perſeuſ
Nec minor hec ſpecieſ totienſ cui iuppiter eſſet
Delia tauruſ. olor, ſatyruſ, draco, fulmen & aurum
Quare age iungantur nam cenſuſ, forma, genuſq;
Conueniunt, nil hic diſpar tua fixit harundo
Sed quid uota moror? dixit currumq; popoſcit
Cui dederant criſtalla iugum: que frigore primo
Orbiſ adhuc teneri glacieſ ubi caucaſon auget
Struxat hyperboreiſ tanaitica cruſta pruiniſ
Natiuam ſumenſ gemme quia perdidit unde
Perforat hanc fuluo formatuſ temo metallo
Miſerat hoc fuluuſ, cuiuſ ſub gurgite nymphe
Mygdonium fouere mydam qui pauper in auro
Ditauit uerſiſ pactoli flumina uotiſ
Splendet perſpicuo radioſ rota margine cingenſ

Marmarice de fauce fere: dum belua curuiſ
Dentibuſ excuſſiſ gemit exarmarier ora
Miſit & hoc munuſ tepidaſ qui nuduſ erythraſ
Concolor ethiopi uel crinem pinguiſ amomo
Fluxuſ odoratiſ uexat uenatibuſ induſ
Illa tamen paſti ſolitoſ
Vittata ſtringit myrtho qui cetera denſiſ
Lactea puniceo ſinuantur colla corallo
Ergo iter ingreſſi pendenſ rota ſulcat inanem
Aera & in liquido non ſoluitur orbita tractu
Hic triplex uno comitatur gratia nexu
Hic redolet patulo fortune copia cornu
Hic ſpargit calathiſ ſed floreſ flora perenniſ
Hic cererem ſiculam phariuſ comitatur oſiriſ
Hic grauidoſ pemona ſinuſ pro tempore portat
Hic pallaſ madidiſ uenit inter prela tapetiſ
Hic diſtincta latuſ maculoſa nebride thyaſ
Indica ecbionio bromi rotat orgia thyrſo
Hic & ſygeiſ ſpecubuſ qui dyndima luſit
Iam ſectiſ recalet choribaſ cum gutture rauco
Ignem per biforeſ regemunt caua buxa cauernaſ
Sic uentum ad thalamoſ thuſ nardum balſama myrrhe
Hic ſunt hic phenix buſti dat cynnama uicti
Proxima quin etiam feſtorum afflata calore
Iam minuſ algeſ hyemſ ſpemq; tenentia uernam
Hunc dant uota loco qd non dant tempora mundo
Tum paphie dextram iuuenis dextramq; puelle

Complectenſ paucıſ cecinit ſolemnia dictaſ
Ne facerent uel uerba moram feliciter eiuum
Ducite concordeſ ſint nati ſintq; nepoteſ
Cernat & in prauo ſibi met qđ pronepoſ optet.

piſtolam epigrammate ad catullinum.

Quid me & ſi ualeam parare carmen
Feſcenninicole iubeſ dioneſ
Inter crinigeraſ ſitum cateruaſ
Agermanica uerba ſubſtinentem
Laudantem tetrico ſubinde uultu
Quod burgundio cantat eſculentuſ
Infundenſ acido comam butyro
Viſ dicam tibi quid poema frangat
Ex hoc barbaricıſ abacta plectriſ
Spernit ſempedem ſtilum thalia
Ex quo ſeptipedeſ uidet patronoſ
Feliceſ oculoſ tuoſ & aureſ
Felicemq; libet uocare naſum
Cui non allia ſordideq; cepe
Ructant mane nouo decem apparatuſ
Quem non ut uetulum patriſ parentem
Nutriciſq; uirum die nec orto
Tot tantiq; petunt ſimul gigantes
Quot uix alcinoi culina ferret
Sed iam muſa tacet tenetq; habenaſ
Nequiſquam ſatyram uel hoſ uocaret.

Ad maioranum imperatorem.

R 107

Amphitrioniadem perhibet ueneranda uetuſtaſ
Dum releuat terraſ promeruiſſe poloſ
& licet in nuda toruuſ confregerit ulna
Ille cleonee guttura rauca fere
A quanquam ardenti gladio uix ſtrauerat hydram
Cum duplices pareret uulnere morſ animaſ
Captiuumq; ferenſ ſilua ex erymantide monſtrũ
Exarmata feri riſerit ora ſuiſ
Collaq; flammigeri diſrumpenſ fumida furiſ
Tandem directaſ iuſſerit ire boueſ
Tauruſ, cerua, gigaſ, hoſpeſ, luctator, amazon
Grex caniſ heſperideſ ſunt monumenta uiri
Nulla tamen fuſo prior eſt geryone pugna
Vni tergeminum cum tulit ille caput
hec quondam alcideſ, at tu tyrinthiuſ alter
Sed princepſ magni maxima cura dei
Quem draco ceruuſ aper paribuſ ſenſere ſagittiſ
Cum denſ cum uiruſ cum fuga nil ualuit
hiſtrioneſ noſ eſſe puta, monſtrumq; tributum
hic capita ut uiuam tu michi tolle tria.

Ad eundem endecaſyllabi

HAſ ſupplex famuluſ preceſ dicauit
Reſponſum operienſ pium ac ſalubre
Vt reddaſ patriam ſimulq; uitam
Lugdunum exoneranſ ſuiſ pruiniſ
hoc te ſydoniuſ tuuſ precatur
Sic te ſydonio recocta fuco

Multos purpura uestiat per annos
Sic lustro imperii perennis acto
Quinquennalia fascibus dicentur
Sic ripe duplicis tumore fracto
Detonsus uacalim bibat sycamber
Quod si contuleris tuo poete
Mandem perpetuis legenda chartis
Quecumque egregiis geris triumphis
Iam nunc musa loquax tacet tributo
Que pro uirgilio terentioque
Sextantes legit unciasque fisci
Marsieque timet manum ac pudenter
Qui phebi ex odio uetustiori
Non suspendia uatibus minatur.

eiusdem epistola ad polemium

Dum post profectionem tuam michi polemi frater amantissime mecum granditer reputo quatenus in notis tuis philosophi fescennina cantarem obrepsit materia qua decursa facile dignosci ualet magis me doctrine quam cause tue habuisse rationem. Omissa itaque epithalamii teneritudine per asperrimas philosophie et salebrosissimas regulas stilum traxi. quare iam talis ordo est. ut sine plurimis nouis uerbis. que prefata pace plurimorum eloquentium specialiter tibi et complatonicis tuis nota sunt nuge ipse non ualuerunt

expediri Videriſ utrum aureſ quorumdam
per imperitiam temere mentionem centri
proportioniſ chaſtematum climatum uel
mirarum epithalamio conducibilem non
putant Illud certe conſulari uiro uere ma-
gno queſtorio uiro deonolo ſpectabili viro
leone ducibuſ audacter affirmo muſicam &
aſtrologiam que ſunt infra arithmeticam
conſequentia membra philoſophie nullatenuſ
poſſe ſine hiſ nominibuſ iudicari Que ſi
quiſpiam ut greca ſicut & ſunt peregrina uer-
ba contempſerit · nouerit ſibi aut per huiuſ-
modi artiſ mentionē ſuperſedendum aut
nichil omnino ſe aut certe non ad axem latia-
li lingua hinc poſſe diſſerere · Q ſi aliquiſ ſec[us]
atq. ego aſſero rem ſe habere cenſuerit do qđ
abſenſ obtrectationibuſ manuſ ſi nouerint
ſententiam meam diſcrepantia ſentienteſ ſine
M · Varrone ſine Sereno · ſine ſeptimio · ſed
ſamonico ſiue cenſorio qui de die natali
uolumen illuſtre confecit non poſſe damna-
ri Lecturuſ eſ hic etiam nouum uerbum
id eſt eſſentiam · ſed ſciaſ hoc ipſum dixiſſe
Ciceronem · nam eſſentiam nec non & indo-
lentiam nominauit ad deaſ · licet enim no-
uiſ rebuſ noua nomina imponere & recte
dixit · Nam ſicut ab eo quod eſt uerbi

gratia ſapere & intelligere ſapientiam & intel-
ligentiam nominamuſ regulariter & ab eo q(uo)d
eſt eſſe eſſentiam non taceamuſ. Igitur q(uonia)m tui
amoriſ ſtudio inductuſ homo galluſ ſchole
ſophiſtice intromiſi materiam uel te potiſſi-
mum facti mei deprecatorem requiro. Illi
ueneriſ uel amorum commentitia pigmenta
tribuantur: cui defuerit ſic poſſe laudari
Vale

Proſper connubio dieſ coruſcat
Quem clotho niueiſ benigna penſiſ
Albiſ quem picei lapilluſ indi
Quem paciſ ſimul arbor & iuuente
Eternumq(ue) uirenſ oliua ſignet
Eia calliope nitente palma
Da ſacri laticiſ loquacitatem
Quem fodit pede pegaſuſ uolanti
Cognato madiduſ iubam ueneno
Non hic impietaſ nec hanc puellam
Donat mortibuſ ambituſ procorum
Non hic oenomai cruenta curru
Audit pacta pelopſ. nec inſequentem
Pallenſ hippomaneſ ad ima mete
Tradit ceneida ter cadente pomo
Non hic herculeaſ uidet paleſtraſ
Ethola calidon ſtupenſ ab arce
Cum cornu fluuii ſuperbientiſ

RRR.

Alcides premeret subinde fessi
Undoso refouens ab hoste pectus
Sed doctus iuuenis decensque uirgo
Ortu culmina gallie tenentes
Iunguntur cito diua necte chordas
Nec quod detonuit camena maior
Nostram pauperiem silere cogas
Ad tedas thetidis probante phebo
Et chiron cecinit minore plectro
Nec risit pia turba rusticantem
Quamuis sepe senex biformis illic
Carmen rumperet hinniente cantu·

Finis prefationis. Epithalamii & araneole & polemii philosophi principis

Forte procellosi remeans ex arce caphari
Phebados iliace raptum satis ulta pudorem
Pallas erechtheo xanthum mutabat hymetto
Aurato micat ere caput maiusque serenum
De terrore capit: posito nam fulmine nec dum
Cynphio tritone truces illauerat artus
Gorgo tenet pectus medium factura uidentum
Et truncata moras nitet insidiosa superbum
Effigies uiuitque anima exeunte uetustas
Alta cerastarum spiris caput asperat atrum
Congeries torquet maculosa uolumina mordax
Crinis & irati dant sibila terga capilli
Squameus ad mediam thorax non peruenit aluum

P oſt calybem pendente peplo tegit extima limo
C yrcite palla pedeſ : qui cum ſub ueſte mouetur
C riſpato rigide crepitant in ſyrmate ruge
L euam parma tegit phlegrei plena tumultuſ
H ic rotat excuſſum uibranſ in ſidera pindum
E ncheladuſ rapido fit miſſilis oſſa typhoeo
P orphyrion pangea rapit rhodopenq; damaſtor
S trymonio cum fonte leuat : uenienſq; ſupne
I ntorto calidum reſtringunt flumine fulmen
H ic pallas pallanta petit : cui gorgone uiſa
I nuenit ſolidum iam lancea tarda cadauer
H ic lemnon pro fratre minaſ contra egida torquet
I mpulſumq; quatit iaculabilis inſula celum
P lurimuſ hic briareuſ populoſo corpore pugnat
C ognatam portanſ aciem : cui uertice ab uno
C ernaſ ramoſiſ palmaſ fruticare lacertiſ
N ec ſpecieſ ſolas monſtriſ dedit arte furorem
M ulciber atq; ipſaſ timuit quaſ fecerat iras
H aſtam dextra tenet nuper quam ualle corinthi
I pſa ſibi poſita pauliſper traxit oliua
H oc ſteterat genio ſuper ut ueſtigia diue
L abentes teneat marathonia baca trapetaſ
H ic duo templa micant quorum ſupereminet unus
V t meritiſ ſic ſede locuſ : qui continet alta
S crutanteſ ratione uiroſ : quid machina celi
Q uid telluſ : quid foſſa mariſ : quid turbiduſ aer
Q uid noctiſ luciſq; uiceſ : quid menſtrua lune

I ncrementa parent totidem cū damna ſeq̄nt
I licet hic ſummi reſident ſeptem ſapienteſ
I nnumerabilium primordia philoſophorū
T haleſ mileto genituſ uadimonia damnat
L ydie tu cleobale iubeſ moduſ optimuſ ut ſit
T u meditanſ totum decoraſ periandre corythū
A tticuſ inde ſolon nequid nimiſ approbat unū
P ryennee bia pluriſ aiſ eſſe malignoſ
T u mytilene ſatuſ cognoſcere pitace tempuſ
N oſcere ſe ſe ipſum chilon ſparthane docebaſ
A ſſerit hic ſamiuſ poſt docta ſilentia luſtri
P ythagoraſ ſolidum princepſ q; muſica mūdū
T emperet & certiſ concentum reddat ab aſtriſ
S ignatq; zodiaco · que circuluſ axe ſupremo
T erna · quater retinet proprio nō currere motu
E quiſ inter ſe ſpatiiſ tamen eſſe locata
F ixaq; ſignifero · pariter quoq; cernua ferri
P recipuumq; etiam ſeptem uaga ſidera cantum
H inc dare perfectiſ numeriſ q; uterq; habeat
H oc numero affirmanſ hoc ordine certa rotari
F alciferi me ſeniſ p ſumma polorū
M artiſ contiguum medio ioue p̄gere ſiduſ
P oſt hoſ iam quarto ſe flectere tramite ſolem
S ic placidam paphien ſeruare diaſtema quintum
A rcadium ſexto · lunam ſic orbe ſupremo
T ernaſ ſic tropico prope currere climate miraſ
S iquoſ ergo cheluſ · ſiquoſ lyra · tibia ſiquoſ

E diderunt cum uoce modoſ exemplar ad iſtud
P onderibuſ poſitiſ quantum proportio ſuadet
I nterualla ſequi ſeptem ſideriſ inquit
A rmonia decenſ· etiam q quatuor iſtiſ
S ic ſedeant elementa modiſ: ut pondere magnuſ
S it locuſ inferior media tellure. quod autem
P erfecte medium eſt patet eſſe rotundum
H inc fieri: ut terram leuior ſuperemicet unda
A ltior hiſ quoq; ſit qui purior eminet aer
O mnia concludat celum leuitate ſuprema
P endeat & totum ſimul hoc ab origine centri
T haleſ hec etiam numeriſ perquirit & aſtriſ
D efectum ut phebi nec non luneq; laboreſ
N untiet anteriuſ: ſed rebuſ inutile ponit
P rincipium dum credit aquiſ ſubſiſtere mundū
H uiuſ diſcipuli uerſa eſt ſententia dicenſ
P rincipiiſ propriiſ ſemper reſ quaſq; creari
S ingula qui quoſdam fonteſ decernit habere
E ternum irriguoſ ac rerum ſemine plenoſ
H unc etiam ſequitur qui gignere cuncta putabat
H unc aū aerem pariterq; deoſ ſic autumat ortoſ
Q uartuſ anaxagoraſ thaletica dogmata ſeruat
S ed diuinum animum ſentit qui fecerit orbem
I unior hinc uinctuſ reſidet collega: ſed idem
M ateriam certiſ creaturiſ aera credenſ t claudicat
I udicat inde deum faceret quo cuncta tuliſſe
P oſt hoſ archeſilaſ diuina mente paratam

C onicit hanc molem confectam partibuſ illiſ
Q uaſ atomoſ uocat ipſe leueſ · ſocratica poſt hunc
S ecta micat que de nature pondere migranſ
A d moreſ hominum limandoſ tranſtulit uſum
h anc ſectam perhibent ſummum excoluiſſe platona
S ed triplici formaſſe modo dum primuſ & unuſ
P hyſica uel logico logicum uel iungit ad ethoſ
I nuenit hic princepſ quid ſumma eſſentia diſtet
A ſummo ſextoq; bono · cum deniq; ſaxa
S int tantum penituſq; niſi nichil eſſe probent
P roxima ſuccedant quibuſ eſſe & uiuere ꝓpriū eſt
A ddere quiſ poſſiſ nil ampliuſ arbor & herba
T ertia ſit pecorum · quorum eſſe & uiuere motu
N on caret & ſenſu · mortaleſ quarta deinde
R eſpiciat factura ſuoſ · quibuſ eſſe moueri
V iuere cum ſenſu datur & ſupereminet illud
Q ſapiunt ueroq; ualent diſcernere falſum
Q uinta creaturaſ ſuperaſ ſubſtantia prodit
Q uaſ quidam dixere deoſ : quia corpora ſumant
C ontemplanda homini · paulo poſt ipſa relinquāt
I nq; ſuam redeant ſiqua eſt tenuiſſima formā
S ic fieri · ut pateat ſubſtantia ſumma creator
S exta tamen ſupraq; nichil : ſed cuncta ſub ipſo
H oc in gymnaſio polemi ſapientia uitam
E xcolit adiunctamq; ſuo fouet ipſa platoni
O btinet & quanquam achademia ſectiſ
A tq; neget uerum · ueriſ hunc laudibuſ ornat

S toica poſt iſtoſ: ſed concordantibuſ iſtiſ
C hryſippuſ zenonq; docent precepta tenere
E xcluſi prope iam cinici· ſed limine reſtant
A ſt epicureoſ eliminat undiq; uirtuſ
A t parte ex alia textrino prima minerue
P alla uirenſ rutilat· cuiuſ biſ coctuſ aheno
S erica ſydoniuſ fucabat uellera murex
E bria nec ſolum ſpirat conchilia ſanguiſ
I nſertum nam fulgur habet filoq; rigenti
A rdebat grauidum de fragmine fulminiſ oſtrū
H ic uiridiſ patrio glaucuſ pendebat amictu
V ndabant hic arte ſinuſ· fictoq; tumore
V erſabat pandaſ tempeſtaſ tracta carinaſ
A mphitrioniadi ſurgebat tertia ueſtiſ
P aruuluſ hic gemino cinctuſ ſerpente nouerce
I ratuſ arridet monſtriſ ludumq; putando
I nſidiaſ dum neſcit amat· uultuq; dolenteſ
E xtinguit deflet quoſ ipſe interficit angueſ
P reterea ſparſiſ ſunt hec ſubiecta figuriſ
S uſ· leo· cerua· gigaſ· tauruſ· iuga cerberuſ· hydra
H oſpeſ· neſſuſ eryx· uolucreſ· thrax· cacuſ amazon
C reſ· fluuiuſ· libſ· poma· lycuſ· uirgo· poluſ· oethe
H oc opuſ & ſiquid ſupereſt quod nomine ueſtri
V irginee poſuere manuſ· ſed in agmine toto
I nter cecropiaſ ephireiadaſq; puellaſ
A raneola micat propriaſ conferre laborat
I pſa minerua manuſ· calathiſq; cuncta recedenſ

2 R 01

C um tenet hec telaſ uult hec pluſ tela tenere
h ic igitur proaui trabeſ imitata rigenteſ
P almatam parat auum doceatq; nepoteſ
N on abaui ſolum : ſed aui quoq; iungere faſceſ
T exuerat tamen & chlamydeſ quibuſ ille magiſter
P er tarteſiacaſ conſpectuſ ſplenduit urbeſ
& quibuſ ingeſte ſub tempore prefecture
C onſpicuuſ ſanctaſ reddit ſe preſule legeſ
A t tamen in trabea ſegmento luſerat alto
Q uod priſciſ illuſtre thoriſ itaceſia primum
F abula dulichii lareſ formantur & ipſam
P enolopen tardaſ texit diſtexere telaſ
T enaron hic fruſtra biſ rapta coniuge pulſat
T hrax fidibuſ legem poſtquam temerauit auerni
& prodeſſe putanſ iterum non reſpicit umbram
h ic uouet alceſte prelato coniuge uitam
R umpere quam cernaſ parcarum ſtamine in ipſo
N ondum per netam fato preſtante ſalutem
H ic nox natarum danai lucebat mauro
Q uinquaginta enſeſ genitor quibuſ impiuſ aptat
& dat concordem concordia iuſſa furorem
S oluſ hypermeſtre ſeruatuſ munere lynuſ
E ffugit : aſpiciaſ illam ſibi parua pauentem
& pro dimiſſo tantum pauitare marito
I amq; iouem in formaſ mutat quibuſ ille tenere
M nemoſin europam ſemelem ledam cynoſuram
S erpenſ boſ cygnuſ fulmen dyctina ſolebat

Iamq; opuſ in turrem danai pluuiamq; metalli
Ibat & hic alio ſtillabat iuppiter auro
Cum uirgo aſpiciens indit tritonida uerſo
Lumine diſſonaſ ſpectare libentiuſ arteſ
Commutat commota manuſ ac pellice docta
Pingere philoſophi uictricem lauda cepit
Que cynici per menta feri rugoſaq; colla
Rupit odoratam redolenti forcipe barbam
Subriſit pallaſ · caſtoq; hec addidit ore
Non noſtra ulteriuſ ridebiſ dogmata uirgo
Philoſopho nuptura meo · mage flammea ſumenſ
Hoc mater ſine texat opuſ · conſurge ſophorum
Egregium polemi decuſ ac nunc ſtoica tandem
Pone ſupercilia & cynicoſ imitatuſ amanteſ
Incipiaſ iterum paruum michi ferre platona
Herentem tibi compellit uoce magiſter
Perge libenſ · neu tu demenſ fortaſſe iugari
Quod noſter iubet ille ſenex · qui non piger hauſit
Lumina contemnenſ animo pallente uenenum
Dixerat ille ſimul ſurgit uultuq; modeſto
Tetrica nodoſe commendat pallia claue
Amborum tum diua comaſ uiridantiſ oliue
Pace ligat · neſtit dextraſ ac federa mandat
Nympinduſ que cernat auiſ · probat atropoſ omen
Fuluaq; concordeſ iunxerunt fila ſororeſ

Epigramma ad conſentium

Quatuor ante dieſ quam lux ſextiliſ aduſti

Primo ſpiciferum proferat orbe caput
Nataliſ noſtri decimuſ ſextuſq; coletur
Aduentu felix qui petit eſſe tuo
Non tibi gemmatiſ ponentur prandia menſiſ
Aſſyriuſ murex non tibi ſyrma dabit
Nec per multipliceſ abaco ſplendente cauernaſ
Argenti nigri pondera defodiam
Nec ſcyphuſ hic dabitur rutilo / cui forte metallo
Cruſtatum ſtringat tortiliſ anſa latuſ
Fercula ſi nobiſ mediocria non ita facta
Menſure ut grandiſ ſuppleat arſ pretium
Non peneſ libyca ſolitoſ flaueſcere ſyrte
Accipiet galli ruſtica menſa tui
Vina michi non ſunt gangetica · chia · phalerna
Queq; ſoracteno palmite miſſa bibaſ
Pocula non hic ſunt illuſtria nomine pagi
Quod poſuit noſtriſ ipſe triumuir agriſ
Tu tamen ut ueniaſ petimuſ dabit omnia chriſtuſ
hic michi qui patriam fecit amore tuo ·

De uilla ſua

Si quiſ ſamniacum dignariſ uiſere noſtram
Non tibi diſpliceat : ſic quod habeſ placeat
Emula baiano tolluntur culmina cono
Parq; coturnato uertice fulget apex
Garrula gauraniſ pluſ murmurat unda fluentiſ
Contigui colliſ lapſa ſupercilio
Lucrinum diueſ ſtagnum campania nollet

Equora ſi noſtri cerneret illa lacuſ
I llud puniceiſ ornatur littuſ echinniſ
Piſcibuſ in noſtriſ hoſpeſ utrunq; uideſ
S i libet & placido partiriſ gaudia corde
Quiſquiſ adeſ baiaſ tu faciſ hic animo

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE MSS FIRENZE

De piſcina ſua

I Ntrate algenteſ poſt balnea torrida fluctuſ
Vt ſolidet calidam frigore lympha cutem
& licet in ſolo mergatiſ membra liquore
& ſtagnum n̄r̄m lumina ueſtra natant

Ad edicium ſororium ſuum

N Atalis noſter nonaſ inſtare decembreſ
Admonet occurraſ non rogo ſed iubeo
S it tecum coniux duo nunc properare: ſed illud
Poſt annum optamuſ tertiuſ ut ueniaſ

Eucharisticon ad fauſtum epiſcopum

P hoebum & ter ternaſ decima cum pallade muſaſ
O rpheaq; & laticem ſimulatum fontiſ equini
O gygiamq; chelyn que ſaxa ſequacia flectenſ
C antibuſ auritoſ erexit carmine muroſ
S perne fidiſ magiſ ille ueni nunc ſpirituſ oro
P ontificem dictare tuum qui pectora priſce
I ntraſti mane rapienſ cum timpana ſiccuſ
I ſrael appenſi per concaua gurgitiſ iret
A ggeribuſ uallatuſ aque mediaſq; per undaſ
P ulverulenta tuum clamaret turba triumphum
Q uiq; manum iudith ferientem colla holophernuſ

I niuſti exciſo iacuit cum gutture truncuſ
& fragiliſ ualido iacuit bene ſexuſ in ictu
E xpreſſo uel qui compluret uellere pelle
I nficienſq; dehinc non tacto uellere terram
F irmaſti gedeona tubiſ inſerte canoriſ
S piritus & ſolo uenit uictoria cantu
Q uiq; etiam aſſumptum pecoroſi de grege ieſſe
A fflaſti regem · plauſtro cum federiſ arcam
I mponenſ hoſtiſ nullo moderante bubulco
P roderet obſcenum turgenti podice morbum
Q uiq; trium quondam puerorum in fauce ſonaſti
Q uoſ in chaldei poſitoſ fornace tyranni
R oſcida combuſto madefecit flamma camino
Q uiq; uolubilibuſ ſpatiantem tractibuſ alui
C ompleſti onam reſonant dum uiſcera monſtri
I ntrorſum pſallente cibo uel pondera uentriſ
I enum pleniq; tamen uate intemerato
R uctat crudar fameſ quem ſingultantibuſ extiſ
E ſuriens uomuit ſuſpenſo belua morſu
Q uiq; duplex quondam ueniſti in pectuſ eliſei
T heſbiten cum forte ſenem iam flammeuſ axiſ
T olleret & ſciſſam linquenſ pro munere pellem
h iſpiduſ ardenteſ auriga iuraret habenaſ
Q uiq; etiam heliam terriſ miſſure ſecundum
Z acharie iuſti linguam placate ligaſti
D um faceret ſerum rugoſa puerpera patrem
E dita ſignificans iuſto reticere propheta

G ratia cum fulſit nollet ſe ut lex taciturnam
Q uinq; etiam naſcenſ ex uirgine ſemine nullo
A nte ullum tempuſ deuſ atq; in tempore chriſtuſ
A d corpuſ quantum ſpectat tute ipſe creaſti
Q ui uiſum caeciſ greſſum quoq; reddere claudiſ
A uditum ſurdiſ mutiſ laxare loquelam
S uetuſ ad hoc etiam ueniſti ut mortua mēbra
L ecto ſandapila tumulo conſurgere poſſint
Q uinq; etiam penaſ ſuſcepta in carne tuliſti
S ubſtentanſ alapaſ ludibria uerbera uepreſ
S ortem tunicla. crucem clauoſ. fel miſſile. acetū
P oſtremo mortem. ſed ſurrecturuſ adiſti
E ripienſ quiſ quiſ ueriſ ingruerat hoſtiſ
I n iuſ per noſtrum facinuſ cum femina prima
P receptum ſoluenſ culpa noſ perpete uinxit
Q ui cum te interitu petiit. nec repperit in te
Q uod proprium conuincere perdidit omne
Q uod lapſu dedit eua ſuo chirographon illud
Q uo p̄uaſuſ homo eſt hec compenſatio rupit
E xperſ peccati pro peccatoribuſ amplum
F iſ pretium ueteremq; nouuſ uite fenoriſ adam
D um moreriſ de morte rapiſ ſic mortua morſ eſt
S ic ſeſe inſidiiſ quaſ fecerat illa fefellit
H am dum indiſcrete petit inſontemq; reoſq;
E git ut abſolui poſſent & crimine nexi
Q uinq; etiam iuſtoſ ad tempuſ ſurgere tecum
I uſſiſti. cinereſ cum tectoſ tempore longo

I rrupit feſtina ſaluſ · infuſaq; raptim
E xcuſſit tumuliſ ſolidataſ uita fauillaſ
D a fauſtum laudare tuum · da ſoluere grateſ
Q uaſ & poſt debere iuuat te magne ſacerdoſ
B arbytuſ hic noſter plectro licet impare cantat
H ic igitur prima eſt uel cauſa uel actio laudum
Q uod michi germani dum lubrica uoluitur etaſ
S eruatuſ tecum domini per dona probatur
N ec fama titubante pudor · te reſpicit iſtud
Q uantumcumq; bonum · merceſ debebitur illi
I lle tibi ſit lauſ ſi labi noluit ; eiuſ
N am quod non potuit totum ad te iure redũdat
P reterea ꝙ me me primum remoſ uenientem
C um pcyon fureret ; cum ſoliſ torriduſ ignis
F lexilibuſ rimiſ ſitienteſ ſcriberet agroſ
H oſpite te noſtroſ excepit protinuſ eſtuſ
P ax domuſ · umbra · latex · benedictio · menſa cubile
O mnibuſ attamen hiſ ſat preſtat ꝙ uoluiſti
V t ſancte matriſ ſanctum quoq; limen adirem
D iriguii fateor michi conſciuſ atq; repente
T inxit adorantem pauidum reuerentia uultũ
N ec ſecuſ intremui q̃ ſi me forte rebecce
I ſrael aut ſamuel crinituſ duceret anne
Q uapropter uel te uotiſ ſine fine colenteſ
E ffectum magnum per carmina parua fatemur
S eu te flammate ſyrteſ & inhoſpita theſqua
S eu ceno inundante paluſ · ſeu nigra receſſu

Incultum mage ſaxa tenent · ubi ſole remoto
Concaua longeuaſ aſſeruant antra tenebraſ
Seu te preruptiſ porrecta in rupibuſ alpiſ
Succinctoſ gelido libantem ceſpite ſomnoſ
Anachorita tremunt · que quiſquam frigora portet
Conceptum chriſti numquam domat illa laborē
Qua nunc heliaſ · nunc te iubet ire iohēſ
Nunc duo machari · nunc & paphnutiuſ heroſ
Nunc hor · nunc hammon · nc̄ ſarmata · nc̄ hilarion
Nunc uocat in tunica nuduſ te antoniuſ illa
Quam fecit palme foliiſ manuſ alma magiſtri
Seu te lyrinuſ priſcum complexa parentem eſt
Quo tu iam fractuſ pro magna ſepe quiete
Diſcipuliſ ſeruire ueniſ · uixq; ocia ſomni
Vix coctoſ capture ciboſ · abſtemiuſ euum
Duciſ & inſertiſ pingiſ ieiunia pſalmiſ
Fratribuſ inſinuanſ · quantoſ illa inſula plana
Miſerit in celum monteſ · que ſancta capreſſi
Vita ſeniſ iuueniſq; lupi que gratia patrem
Manſit honoratum fuerit quiſ maximuſ ille
Vrbem tu cuiuſ monachoſq; antiſteſ & abbaſ
Biſ ſucceſſor agiſ celebranſ quoq; laudibuſ illiſ
Eucherii uenientiſ opuſ · redeuntiſ hilari
Seu te commiſſuſ populuſ tenet & minor audet
Te medio tumidoſ maiorum temnere moreſ
Seu tu ſolicituſ curaſ qua languiduſ eſca
Quaue peregrinuſ uiuat · quid paſcat & illum

Lubrica cura, cui teneat ſub compede carcer
Seu mage funeribuſ mentem diſtractuſ humādiſ
Liuida defuncti ſi pauperiſ oſſa uireſcant
Infaſtiditum ferſ ipſe ad buſta cadauer
Seu te conſpiciens gradibuſ uenerabiliſ arĩe
Contionaturum plebſ ſedula circumſiſtit
Expoſite legiſ bibat auribuſ · ut medicinam
Quicquid agiſ quocumq; loci eſ ſemper michi fauſt⁊
Semper honoratuſ ſemper quoq; maximuſ eſto.

Ad libellum ſuum.

Egreſſuſ foribuſ meiſ libelle
Hanc ſeruare uiam precor memento
Que noſtroſ bene ducit ad ſodaleſ
Quorum nomina ſeduluſ notaui
Antiquaſ tibi nec teratur agger
Cuiuſ per ſpatium ſatiſ uetuſtiſ
Nomen ceſareum uiret columniſ
Sed ſenſim gradere & moraſ habendo
Affectum celerem moueſ amiciſ
Ac primum domiti larem ſeueri
Intrabiſ trepidantibuſ cameniſ
Tam cenſoriuſ haud fuit uel ille
Quem riſiſſe ſemel ferunt in euo
Sed gaudere poteſ rigore docto
Hic ſi te probat omnibuſ placebiſ
Hinc te ſuſcipia benigna briuaſ
Sancta que fouet oſſa iuliani:

Que dum mortua mortuiſ uidentur
Viuenſ e tumulo micat poteſtaſ
Hinc iam dexteriora carpiſ arua
Emenſuſq; iugum die ſub uno
Flauum craſtinuſ aſpiciaſ triobrē
Tum terram gabalum ſatiſ niuoſam
& quantum indigene uolunt putari
Sublimem in puteo uidebiſ urbem
Hinc te temporiſ ad mei laconaſ
Iuſtorum rapieſ ſuoſq; fratrum
Quorum notuſ amor per orbiſ ora
Calcat pirythoumq; theſeumq;
& fidum rabidi ſodalem oreſte
Horum cum fueriſ ſinu receptuſ
Ibiſ treuidon & calumnioſiſ
Vicinum nimiſ heu iugum rupeniſ
Hic docti inuenieſ patrem tonanti
Rectorem columenq; galliarum
Priſci ferreolum fratrem ſiagri
Coniux papianilla quem pudico
Curaſ participanſ iuuat labore
Qualiſ nec tanaquil fuit nec illa
Quam tu tricipitine procreaſti
Qualiſ nec phrygie dicata ueſte
Que contra ſatiſ albulam tumentem
Duxit uirgineo ratem capillo
Hinc te leſoba caucaſon ſcytharum

V incenſ aſpiciet certiuſ carmiſ
L imoſum & ſolido ſapore preſſum
P iſcem perſpicua gerenſ in unda
H ic zeti & calaiſ tibi adde pennaſ
N imboſumq; iugum fugax caueto
N amq; eſt aſſidue ferax procelle
S ed quamuiſ rapido ferare curſu
L aſſum te uoracyngaſ obtinebit
N oſtrum hic inuenieſ apollinarem
S eu contra rabidi leoniſ eſtuſ
V eſtit frigore marmorum penateſ
S iue ortiſ ſpatiatur uirent in hybla
Q ualeſ coritium ſenem meanteſ
F uſcabat picei latex galeſi
S iue inter uiolaſ · tymum lyguſtrum
S erpillum · caſiam · crocum atq; caltam
N arciſſoſ iacynthinoſq; floreſ
S pernit quã pretii petitor ampli
G lebam thurifer aduehit ſabeuſ
S eu ficto potiuſ ſpecu quieſcit
C olliſ margine qui nemuſ reflexum
N atiuam dare porticum laboranſ
N on lucum arboribuſ facit : ſed antrum
Q uiſ pomaria priſca regiſ indi
H iſ nunc comperet aureaſq; uiteſ
E lectro uiridante pampinataſ
C um poruſ poſuit crepante gaza

F uluio ex palmite uineam metalli
G emmarum fluitantibuſ racemiſ
h inc tu coction ibiſ atq; auito
N ro dicis aue / dehinc ualeto
D ebeſ obſequium uiro perenne
N am dent hic ueniam mei propinqui
N on nobiſ prior eſt parenſ amico
h inc te iam fidulſ decuſ bonorum
& nec tetradio ſatiſ ſecundiſ
M orum dotibuſ aut tenore recti
S ancta ſuſcipit hoſpitalitate
E xin tende gradum tribuſq; uilliſ
T aumaſtum expete & quem habet duorum
Q uorum iunior eſt michi ſodaliſ
& collega ſimul graduq; frater
Q ſi forſ ſenior tibi inuenitur
H unc pronuſ prope patruum ſaluta
h inc ad conſuliſ ampla tecta magni
F elicemq; tuum ueni libelle
& te biblyotheca que paterna eſt
Q ualiſ nec tetrici fuit philagri
A dmitti faciet probuſ probatum
H ic ſepe eulalie mee legenſ
C iuiſ cecropie pareſ minerue
M oreſ & rigidi ſeneſ & ipſe
Q uondam purpureuſ ſocer timebat
S ed iam ſufficit ecce linque portum

Ne te pondere pluſ premam ſaburre
hiſ in uerſibuſ anchoram leuato .

Eiuſdem epiſtola

CVm narbone apud quemciam martium dictum
ſed nuper factum moraſ necto ſubiit canitium
quoſpiam ſecundum morem tuum excametroſ
concinnare quibuſ lectiſ opido ſcireſ & ſi utriq;
noſtrum diſpatiiſ equo pluſculum loeiſ . lar
familiariſ incolitur . non idcirco . tamen nobiſ
animum diſſidere q̄ patriam . habeſ igitur
hic Dionyſium inter triumphi indici oblecta-
menta marcentem . habeſ & phebum . quem tibi
iure poetico inquilinum factum conſtat ex
numine . illum ſ . phebum anthedii mei per-
familiarem . cuiuſ collegio uir prefectuſ non
modo muſicoſ quoſq; uerum etiam geometraſ
arithmeticoſ & aſtrologoſ diſſerendi arte ſu-
perueniit . Siquidem nullum hoc exactiuſ cō-
pertum habere cenſuerim quid ſydere zodiaci
obliquet quid planetarum uaga . quid exotica
ſparſa preualeant . Nam ita hiſ ut ſic dixe-
rim membriſ philoſophie claret . ut uideatur
michi iulianum uertacum fallonium ſatur-
ninum in libriſ matheſeoſ peritiſſimoſ condi-
toreſ abſq; interprete ingenio tantum ſuffragāte
didiciſſe . Noſ ueſtigia doctrine ipſiuſ ado-
ranteſ coram canoro cygno rauum anſerem

profitemur quid te amplius moror · burgum
uel mutetiam tibi eſſe placituram ſcio, etiam
ſi ex ſolido poema diſpliceat ·

B iſtonii pabulum regiſ buſyridiſ araſ
A ntipate menſaſ & taurica regna thoantiſ
A tq; itaci ingenio fraudatum luce cyclopem
P ortantem fonteſ campoſ; per concaua montiſ
L ar prope tranſfoſſi tenebroſum luminiſ antrum
H oſpeſ adi ſiquiſ burgum taciturus adiſti
& licet in carmen non paſſim laxet habenaſ
P hebuſ & hic totuſ non pandat carbaſa fandi
Q uiſq; tamen tantoſ non laudanſ ore penateſ
I nſpiciſ inſpicieriſ reſonat ſine uoce uoluntaſ
N am tua te tacitum liuore ſilentia clamant
E rgo age pieriaſ erato michi percute chordaſ
R eſpondant ſatyri digitumq; pedemq; mouẽteſ
L audant & tremulo non rumpant cantica ſaltu
Q uicquid forte dryaſ & quicquid amadryaſ unq̃
C onnexiſ ſibimet feſtum plauſere napeiſ
D ependant modo burge tibi uel naiadaſ iſtic
P hocidum chorus alme doce cum forte garum̃na
H uc redeunte uenis pontumq; in flumine ſulcaſ
P ande igitur cauſaſ et rito laribuſq; ſit ede
Q uiſ geniuſ tantum non eſt ſine preſule culmen
F orte ſag[illegible]aſ euhan populatuſ erythraſ
V ite capiſtr[illegible] cogebat ad eſſeda tygreſ
I ntrabat duplicem quatemo racemifer arcũ

Marcaduſ ipſe dedit curru madet ardua ceruix
Sudati de rore meri caput aurea rumpunt
Cornua & indigenam iaculantur fulminiſ ignem
Sumpſerat hec primum naſcenſ cum tranſiit alum
In patrium de matre femur. fert tempuſ utrũq;
Veriſ opeſ rutiloſq; ligat uindemia floreſ
Cantaruſ & thyrſuſ dextra leuaq; feruntur
Nec tegit excertoſ: ſed tangit palla lacertoſ
Dulce natant oculi quoſ ſi forſ uertit in hoſtē
Attonitoſ ſolum dum cernit inebriat indoſ
Tum ſalebriſ ſalienſ quotienſ ſe concutit axiſ
Paſſim deciduo perfunditur orbita muſto
Baſſaridaſ ſatyroſ panaſ faunoſq; docebat
Ludere ſyllenuſ iam numine plenuſ alumni
Sed comptuſ tamen ille caput: nam uertice nudo
Amiſſoſ ſertiſ ſtudet excuſare capilloſ
Corniger inde noui gangeſ it pompa triumphi
Ceruluſ impexam faciem ſtetit ore madenti
Arenteſ uitreiſ adiuuit fletibuſ undaſ
Conieſtaſ uinncla manuſ poſt terga reuinxit
Pampinuſ. hic ſenſim captiuo humore refuſuſ
Pone refrondeſcit per brachia roſcida palmeſ
Nec non & rapti coniux ibi iuncta mariti
Et croceaſ diuulſa genaſ uetitaq; recondi
Lampade cum ſoliſ radiiſ aurora rubebat
Adfuit hic etiam poſt perdita cynnama phenix
Formidanſ mortem ſibi non ſupereſſe ſecundam

S uccedit captiua cohorſ · que fercula gazıſ
F ert onerata ſuiſ · ebur hic hebenuſq; uel aurum
A niuee piceo rapte de pectore bace
Q eſtantur quicunq; nichil ſuſtentat odoriſ
M ittitur in nexuſ uideaſ hic ipſa placere
S upplicia & uirideſ uioliſ halare catenaſ
V ltima migranteſ incedunt precia elephanti
I nformiſ cui forma gregi · riget hiſpida dorſo
V ix ferrum paſſura cutiſ · quippe improba cratem
H atuam nec tela forant · contracta uiciſſim
T enſaq; terga feriſ crepitant uſuq; cauendi
P ellunt excuſſiſ impactum miſſile rugiſ
I amq; ter ad thebaſ per magnum uictor agebat
A era & ad ſummaſ erexcerat orgia nubeſ
C um uidet aonia uenientem delion arce
Q riphaſ & ipſe tenet · uultuſ biſ laurea curuoſ
F ronde lupata ligant hederiſ quoq; circumplexiſ
P endula lora uirent ſenſim fera ſubuolat aleſ
A ereaſ terreq; uiaſ · ne forte citato
A larum ſtrepitu lignoſaſ frangat habenaſ
E ternum nitet ipſe genaſ ceruice chorymbiſ
T empora & auratum uerrit coma concolor axem
L eua parte tenet uaſta dulcedine raucam
C elato phytone lyram parſ dextra ſagittaſ
C ontinet atq; alio reſonanteſ murmure neruoſ
I bant pepliadeſ pariter mediumq; noueno
C ircumſiſtenteſ umbrabant ſyrmate currum

Pendet per tereteſ tripodaſ epidauriuſ anguiſ
Diffuſuſ ſanctum per colla ſalubria uiruſ
Hinc & crinisataſ iungebat pegaſuſ alaſ
Portanſ doctiloquio facundum crure creontem
Vt ſeſe iunxere chori conſurgit uterq;
Fratriſ in amplexuſ. ſed paulo ſegnior euhan
Dum pudet inſtabileſ ſi ſurgat prodere plantaſ
Tum phebuſ quo pergiſ ait. num forte nocẽteſ
Bache petiſ thebaſ te cretuſ echione nempe
Abnegat eſſe deum. linque haſ rogo hiſmeniūq;
& meum mage flecte rotaſ deſpexit agaue
Te colere & noſ met niobe riget: unde ſuperbum
Vulnera tot patienſ. quot ſpectat pignora uentriſ
Optantemq; mori grauiuſ clementia fixit
Parcere ſepe malum eſt ſenſumq; inferre dolori
Ipſa aūt nato occiſo pentheia mater
Ampliuſ ut furiat num quid non ſana futura eſt?
Ergo nec aonioſ colleſ habitare ualemuſ
Cum patriſ extincti thalamiſ potietur adulter
Frater natorum coniux genitriciſ habenduſ
Vitricuſ poſt ſuuſ. cordi eſt ſi iungere greſſum
Dicam qua pariter ſedem tellure locemuſ
Eſt locuſ irrigua qua rupe garumna rotate
& tu qui ſimul feſtinuſ in equora curſu
Exiſ cornuta durani muſtoſe ſaburra
Iam pigreſcenteſ confunditiſ equoriſ undaſ
Currit in aduerſum hic pontuſ: multoq; recurſu

Flumina quaſ uoluunt & ſpargit & expetit undaſ
At cum ſummotuſ lunaribuſ incrementiſ
Ipſe garumna ſuoſ indorſa recolligit eſtuſ
Precipiti fluctu raptim redit atq; uidetur
In fontem iam non refluuſ . ſed defluuſ ire
Tunc recipit laticem quamuiſ minor ille minore
Stagnanti de fratre ſinum turgeſcit & ipſe
Oceano propriaſq; facit ſibi litora ripaſ
Hoſ inter fluuioſ uni mage proximuſ unde eſt
Ebera monſ rumpenſ alta ſpectabiliſ arce
Pluſ celſoſ habiturus heroſ uernamq; ſenatum
Quem generiſ princepſ paulinuſ pontiuſ olim
Cum latiuſ patrie dominabitur ambiet altiſ
Menibuſ & celſe tranſmittent aera turreſ
Quorum culminibuſ ſedeant commune micanteſ
Pompa uel auxilium non illaſ machina muroſ
Non arieſ · non alta ſtrueſ · uel proximuſ agger
Non que ſtridenteſ torquet catapulta molareſ
Sed nec teſtudo : nec uinea · nec rota currenſ
Impoſitiſ unquam ſcaliſ quaſſare ualebunt
Cernere iam uideor que ſint tibi burge futura
Diceriſ · ſic namq; domuſ de flumine turme ſurgit
Splendenteſq; ſedent per propugnacula turme
Hic cum uexatuſ piceiſ aquilonibuſ eſtuſ
Scrupeuſ aſprata latrare crepidine pumex
Incipit ac fractiſ ſalienſ e cautibuſ altum
Excutitur torrenſ / ipſiſq; aſpergine tectiſ

Impluit · attollit nautaſ & ſepe iocoſo
Ludit naufragio · nam tempeſtate peracta
Deſtituit refluenſ miſſaſ in balnea claſſeſ
Ipſa autem autem quantaſ quibuſ aut ſunt fulta colum̄iſ
Cedat puniceo pretioſuſ liuor in antro
Synnaduſ & numadum · qui portat eburnea ſaxa
Colliſ & herboſiſ que uernant marmora ueniſ
Candentem iam nolo paron · iam nolo charyſten
Vilior eſt rubro · que pendet purpura ſaxo
Et ne poſteritaſ dubitet · quiſ conditor extet
Fixuſ in introitu lapiſ eſt · hic nomina ſignat
Auctorum · ſed propter aquam & ueſtigia preſſa
Que rapit & fuſo deterget gurgite cenum
Seſtilibuſ tabulaſ parieſ cruſtatuſ ad aurea
Tecta uenit · fuluo nimiſ abſcondenda metallo
Nam locupleſ fortuna domuſ · non paſſa latere
Diuitiaſ prodit · cum ſic ſua culmina celat
Hec poſt aſſurgit duplicemq; ſuperuenit edem
Porticuſ ipſa duplex duplici non cognita plauſtro
Quarum unam molli ſubductam uertice curue
Obuerſiſ paulum reſpectant cornibuſ ale
Ipſa diem natum cernit ſinuamine dextro
Fronte uidenſ medium leuo inſura cadentem
Non perdit quicquam trino de cardine celi
Et totum ſolem lunata per atria ſeruat
Sacra tridentiferi iouiſ hic armenta profundo
Pharnaciſ immergit genitõ percuſſa ſecuri

Corpora cornipedum certaſq; rubeſcere plagaſ
Sanguineo de rore puteſ · ſtat uulneriſ horror
Veruſ & occiſiſ uiuit pictura quadrigiſ
Ponticuſ hinc rector numeroſiſ cyzicon armiſ
Claudit · at hinc ſociiſ conſul lucullus opem fert
Compulſuſq; famiſ diſcrimina ſumma ſubire
Innudet obſeſſo mileſ mitridaticuſ hoſti
Enatat hic pelaguſ romani militiſ ardor
& chartam madido tranſportat corpore ſiccam
Deſuper in longum porrectiſ horrea tectiſ
Creſcunt atq; ampliſ anguſtant fructibuſ edeſ
Huc ueniet calidiſ quantum metit africa terriſ
Quantum uel calaber quantum colit appuluſ acer
Quanta leuitiplo turgeſcit meſſiſ aceruo
Quantum mygdonio committunt gargara ſulco
Quantum que tacitiſ · cererem uenerata choreiſ
Attica triptolemo ciui condebat eluſiſ
Cum populiſ hominum glandem linquentib; olim
Fulua fruge data iam ſecula fulua perirent
Porticuſ ad gelidoſ patet hinc eſtiua trioneſ
Hinc calor innocuuſ thermiſ hiemalibuſ exit
Atq; locum tempuſ mollit : quippe illa rigori
Parſ eſt rupta magiſ · nam quod fugit ora leoniſ
Inde lycaonie rabiem male ſuſtinet urſe
Etuſ at in thermaſ longe uenit altior amniſ
& cadit in montem · patuliſq; canalibuſ actuſ
Circumfert clauſum caua per diuortia flumen

O cciduum ad ſolem poſt horrea ſurgit opaca
Q ue dominiſ hiberna domuſ ſtrepit hic bona flāma
A ppoſitaſ depaſta trabeſ ſinuata camino
A rdentiſ perit unda globi fractoq; flagello
S pargit lentatum per culmina tota uaporem
C ontinuata dehinc uideaſ que conditor auſuſ
E mula palladiiſ textrina educere templiſ
H ac celſi quondam coniux reuerenda leonti
Q ua non ulla magiſ nuruſ unquam pontia gaudet
I lluſtriſ pro ſorte uiri celebrabitur ede
V el ſyriaſ uacuaſſe coluſ uel ſerica fila
P er cannaſ torſiſſe leueſ ∴ uel ſtamine fuluo
P regnantiſ fuſi mollitum neſſe metallum
P orticibuſ poſt hinc rutilat que machina iunctiſ
F ert recutitorum primordia iudeorum
P erpetuum picturamicat nec tempore longo
D epretiata ſuaſ turpant figmenta figuraſ
F lectenſ ad leuum te porticuſ accipit ampla
D irectiſ curuata uiiſ: ubi margine ſummo
P endet & arctatiſ ſtat ſaxea ſilua columniſ
A lta uolubilibuſ patet hic cenatio ualuiſ
F uſiliſ ere priuſ propter cadit unda ſuperne
A nte foreſ pendente lacu: uenamq; ſecuti
V ndoſa inueniunt natiteſ cenacula piſceſ
C ontinuuſ erigitur uel prima uel extima turriſ
M oſ erat hic dominiſ hibernum ſyrma locare
H uiuſ conſpicuo reſidenſ in culmine ſepe

D ilectum noſtriſ muſiſ ſimul atq; capelliſ
A ſpiciam montem lauri ſpatiabor in iſtiſ
F rondibuſ hic trepidam credam michi cedere daphnen
I am ſi forte graduſ geminam conuertiſ ad arcton
V t uenias in templa dei, qui maximuſ ille eſt
D elitiiſ redolent uariiſ apotheca penuſq;
H ic multuſ tu frater eriſ iam deinde ſedem
C eſſuruſ michi fonte meo quem monte fluentem
V mbrat multicauuſ ſpatioſo circite fornix
N on eget hic cultu dedit huic natura decorem
N il fictum placuiſſe placet non pompa per artem
V lla reſultanti non cominet malleuſ ictu
S axa nec exeſum ſupplebunt marmora tophum
H ic fonſ caſtalie nobiſ uice ſufficit unde
C etera diueſ habet · colleſ tua rura tremiſcant
C aptiuoſ hic ſolue tuoſ & per iuga burgi
L eta relaxate fiant uincla catene
C onfirmat uocem iam iam prope ſobriuſ iſtam
S ylenuſ pariterq; chori cecinere fauenteſ
N yſa uale bromio phebo parnaſſe biuertex
N on iſtum naxuſ · non iſtum cyrrha requirat
S ed mage perpetuo burguſ placitura petatur ·

Eiuſdem epiſtola ad conſentium

E cce quotienſ tibi libuerit pateriſ capacioribus
hilarare conuiuium · miſi quod inter ſcyphoſ
& ametiſtidaſ tuaſ legeſ ſubueneriſ uerecun-
die mee ſi in ſobriaſ aureſ iſta non uenerint ·

Nec iniuria hoc · ac ſecuſ atq; equum eſt flagito · quandoquidem baccho meo iudicium decemuirale paſſuro tempeſtiuiuſ q̄ conuenit tribunal erigitur · Si quiſ autem carmen prolixiuſ eatenuſ duxerit eſſe culpandum q̄ epigrammatiſ exceſſerit paucitatem · illum liquido patet · neq; balneaſ etruſci · neq; herculem ſurrentinum · neq; cumaſ flaui ſabini · neq; tybur uopiſci · neq; omnino quiſquam de papinii noſtri ſiluulis lectitaſſe · quaſ omneſ deſcriptioneſ uir ille predicatiſſimuſ non diſticorum aut tetraſticorum ſtringit anguſtiiſ · Sed potiuſ ut lyricuſ flaccuſ in artiſ poetice uolumine precipit multiſ iſdemq; purpureiſ locorum communium panniſ ſemel incohataſ materiaſ decenter extēdit · hoc me ad defenſioniſ exemplum poſuiſſe ſufficiat · ne hec ipſa longitudiniſ deprecatio longa uideatur ·

Ad eundem conſentium endecaſyllabi cum ſuperiore epiſtola coniuncti

Dum iam pro meritiſ tuiſ pararem
Conſenti columen decuſq; morum
Veſtre laudibuſ hoſpitalitatiſ
Cantum impendere pauperiſ camene
Vltro in carmina tu tubam recludenſ
Conuerſo ordine uerſibuſ citaſti ·

S uetum ludere sic magis sodalem
P atet musa tibi: sed impudentem
M ulto cantus hunc stilum mouebit
N am cum carmina postules diserte
S uades scribere: sed facis tacere
N uper quadrupedante cum citato
I res phocida sestiasq; baias
I llustres titulisq; preliisq;
V rbes per duo consulum trophea
N am martem tulit ista iulianum
& bruto duce nauticum furorem
A st hec teutonicas cruenta pugnas
E rectum & marium cadente cymbro
M isisti michi multiplex poema
D octum · nobile · forte delicatum
I bant exametri superbientes
& uestigia iuncta: sed minora
P er quinos elegi pedes ferebant
M isisti triplicis metrum trochei
S pondeo comitante dactyloq;
D ulces endecasyllabos · tuumq;
B lando fenore solutum legasti
V suram petimusq; reddimusq;
N am quod carmine pro tuo rependo
H oc centesima laudum tuarum est
Q uid primum ueneror colamq; pro te
N i fallor patriam patremq; iuncta

Qui quanquam ſibi uindicare ſummum
Poſſit iure locum : tamen neceſſe eſt
Illam uincere que parit parenteſ.

Ad Narbonem.

Salue narbo potenſ ſalubritate
Vrbe & rure ſimul bonis uideri
Muriſ ciuibuſ ambitu tabernis
Portiſ porticibuſ foro theatro
Delubriſ capitoliiſ monetiſ
Thermiſ arcubuſ horreiſ macelliſ
Pratiſ fontibuſ inſuliſ ſalinis
Stagniſ flumine merce ponte ponto
Vnuſ qui uenerere iure diuoſ
Leneum cererem palen mineruam
Spiciſ palmite paſcuiſ trapetiſ
Soliſ fiſe uiriſ nec expetito
Nature auxilio procul relictiſ
Promeaſ montibuſ altiuſ cacumen
Non te foſſa patenſ nec hiſpidarum
Obiectu ſudium coronat agger
Non tu marmora bratteam uitrumq;
Non teſtudiniſ indice nitorem
Non ſiquaſ eboriſ trabeſ refractiſ
Roſtriſ marmarici debere barri
Figiſ menibuſ aureaſq; portaſ
Exornaſ aſaroticiſ lapilliſ
Sed per ſemirutaſ ſuperbuſ arceſ

O ſtendens ueteriſ decuſ duelli
Q uaſſatoſ geriſ ictibuſ molareſ
L audandiſ pretioſior ruiniſ
S int urbeſ alie ſitu minaceſ
Q uaſ turreſ humileſ per alta condunt
& per precipiteſ locata criſtaſ
N unquam menia ceſa glorientur
T u pulſate placeſ. fidemq. fortemq.
O ppugnatio paſſa publicauit
H inc te martiuſ ille rector atq.
M agno patre prior decuſ getarum
R emane columen ſoluſq. gentiſ
T heodoricuſ amat ſibiq. fidumq.
A duerſoſ probat ante per tumultuſ
S ed non hinc uideare forte turpiſ
Q& te machina crebro perforauit
H anq. in corpore fortium uirorum
L auſ eſt pectoriſ amplior cicatrix
I n caſtriſ marathoniſ merentem
V ulnuſ non habuiſſe grande probrum eſt
I nter publicolaſ manu feroceſ
T runco mutiuſ eminet lacerto
V allum ceſariſ opprimente magno
I nter tot facieſ ab hoſte tutaſ
L uſcuſ ſceua fuit magiſ decoruſ
L auſ eſt ardua clara ſubſtinere
I gnauiſ. timidiſ & improbatiſ

M ultum fingitur odioſa uirtuſ
Q uid q' ceſaribuſ ferax creandiſ
F elix prole uirum ſimul dediſti
N atoſ cum genitore principanteſ
N am quiſ perſidiſ expeditionem
A ut uictricia caſtra preteribit
C ari principiſ & perambulatum
R omaniſ legionibuſ nyphatem
T um cum fulmine captuſ imperator
V itam fulminibuſ parem peregit
h iſ tu ciuibuſ urbe rure polleuſ
C onſenti michi gignuſ alme patrem
I llum cui nitidi ſaleſ rigorq;
R omanuſ fuit in lepore
N unc mileſiuſ thaleſ ſtupere
A uditum potuit ſimulq; lydie eſt
N otuſ qui cleoboluſ inter arceſ
& tu qui periandre de coryntho eſ
& tu quem dederat biaſ priene
& tu pittace leſbiuſ ſophiſta
& tu qui tetricis potenſ athenis
V mas ſocraticaſ ſolon paleſtraſ
& tu tyndareiſ ſatuſ therampuſ
C hilon legifero prior lycurgo
N on hic ſi uoluit uacante cura
Q uiſ ſit ſideribuſ notare curſuſ
D iuerſaſ arato uiaſ cucurrit

Non hunc cum geometricaſ ad arteſ
Mentem compoſuit ſequi ualebat
Euclideſ ſpatium ſcienſ olympi
Non hic ſi uoluit rotare rithmoſ
Quicquam propoſito uirum morari
Chryſippi potuiſſet ex aceruo
Hic cum amphionie ſtudebat arti
Plectro pollice · uoce tibiaq.
Thrax uateſ deuſ arcaſ atq. phebuſ
Omni carmine poſt erant & ipſaſ
Muſaſ non ita muſicaſ putareſ
Hic ſi ſyrmate cultuſ & cothurno
Intraſſet ſemel atticum theatrum
Ceſſiſſent ſophocleſ & euripideſ
Aut ſi pulpita perſonare ſocco
Comoeduſ uoluiſſet · huic leuato
Palmam tu digito dareſ menander
Hic cum ſemipedem ſtilum polibat
Smyrnaee cote doctuſ officine
Aut cum ſe hiſtorie dabat ſeuere
Primoſ uix poterant locoſ tueri
Terrenſ herodotuſ tonanſ homeruſ
Non iſto potior fuiſſet olim
Qui panchoniam mouebat arte
Orator caueam tumultuoſuſ
Seu luſcum raperetur in philippum
Cauſam ſeu chteſiphontiſ actitaret

V ir ſemper popularitate creſcenſ
& iuſte reſidenſ in arce fandi
Q ui fabro genitore procreatuſ
O riſ maluit expolire limam
Q uid uoſ eloquii canam latini
A rpinaſ pataiune · mantuane
& te comica qui doceſ terenti
& te tempore qui ſatiſ ſeuero
G raioſ plaute ſaleſ lepore tranſiſ
& te multimoda ſatiſ uerendum
S criptorum numeroſitate uarro
& te qui breuitate criſpe polleſ
& qui pro ingenio florente tulli
C orneli tacite eſ tacenduſ ori
& te maſſilienſium per ortoſ
S acri ſtipitiſ arbiter colonum
H elleſpontiaco parem priapo
& te carmina per libidinoſa
N otum naſo tener tomaſq; miſſum
Q uondam ceſaree nimiſ puelle
F icto nomine ſubditum corinne
Q uid celſoſ ſenecaſ loquor & illum
Q uem dat bilbiliſ alta martialem
T errarum indigenaſ hibericarum
Q uid quoſ duplicibuſ iugata tedis
A rgentaria pallidat poetaſ
Q uid multoſ uarii ſtili retexam

A rguti n̄ teneri · grauis · dicacis
S i consentius affuit latebant
H uic summi ingenii uiro simulq;
S umme nobilitatis atq; forme
I uncta est femina · que domum mariti
P risca insignia transferens iouini
I mpleuit trabeis larem sophiste
S ic intra proprios tibi penates
C onsenti patrie decus superbum
F astis uiuit auus paterq; libris
H ec per stemmata satis potentem
M orum culmine · sed potentiorem
N on possum merita sonare laude
N ec si me ochrysio canens in antro
Q ua late trepidantibus fluentis
C autes per ciconum resultat hebrus
P rinceps instituisset ille uatum
C um dulces animata saxa chorde
F errent per rhodopen trahente cantu
A uersa uice cantibus ligatis
T erras currere cogerent anhelas
N e quando bismara solibus paterent
A urita chelyn expetente silua
A nulli resolubiles calori
C uruata ruerent niues ab ossa
S tantem aut strymona bistones uiderent
C um carmen rapidus latex sitiret

1256

hinc tu duplicis uiri magistri

Hec sic pelιaco datuſ bimembri
Ad centaurica plectra conſtituiſſet
Hec ſi me docuiſſet ille fari
Iuſſuſ paſcere qui eſt gregem clientiſ
Amphryſi ad fluuium deuſ bubulcuſ
Qui ferrugineoſ cyclopaſ arcu
Strauit ſub lyparenſibuſ caminiſ
Vibranſ pluſ graue fulmen in ſagitta
Quem primo tenero calentem ab ortu
Excepere ſimul nouem ſororeſ
Et te de genitrice uagientem
Texerunt uitrei uado hippocreniſ
Tunc hac merſuſ aqua loquaciſ unde
Pro fluctu mage litteraſ bibiſti
Tunc tu iam puer artior magiſtro
Quicquid rhetorice inſtitutioniſ
Quicquid grammaticaliſ aut paleſtre eſt
Sicut iam tener hauſeraſ uoraſti
Et iam te aula tulit piuſque princepſ
Inter conſpicuoſ ſtatim locauit
Conſiſtoria quoſ habent tribunoſ
Nam qui eſt purpureuſ ſub arce regni
Preeſſe officiiſ tuiſ ſolebat
Moriſ nobilitate quod merebat
Tantum culminiſ et decuſ ſtupendum
Scripti annalibuſ indicant honoreſ
Hinc tu militiam ſecutuſ amplam

Caſtrenſem licet ampliare cenſum
Per ſuffragia iuſta debuiſſes
Solennis tamen abſtinens lucelli
Fama plus locuples domum rediſti
Solum quod dederas tuum putando.
Tum ſi forte fuit ꝗ imperator
Eoas ſoceri uenire inaures
Fido interprete uellet & perito
Te comertia duplicis loquele
Doctum ſoluere protenus legebat
O ſodes quotiens tibi loquenti
Bizantina ſophos dedere regna
& te ſeu latialiter ſonantem
Tanquam romulea ſatum ſuburra
Seu lingue argolice rotunditate
Vndantem marathone, ceu creatum
Plaudentes ſtupuere boſphorani
Mirati minus atticos alumnos
Hinc ſi federa ſoluerentur orbis
Pacem te medio darent feroces
Chunnus ſauromates, getes, gelonus
Tu tunerum & uacalim uiſurgin, albin
Francorum & penitiſſimas paludes
Intrares uenerantibus ſycambris
Solis moribus inter arma tutus
Tu maotyda caſpiaſq; portas
Tu fluxis equitata bactra parthis

C onſtanſ intrepiduſq; ſic adireſ
V t faſtu poſito tumentiſ aule
Q ui ſupra ſatrapaſ ſedet tyrannuſ
R actanſ ſemideum propinquitateſ
L unatam tibi flecteret thyaram
T u ſi publica fata non uetarent
V t byrſam petereſ uel africane
T elluriſ tanaticam rebellem
C onfeſtim poſito furore belli
P oſt pyratica damna deſtinaret
P lenaſ mercibuſ inſtitor carinaſ
& per te bene pace reſtituta
N on ultra michi bella nauigarent
I am ſi ſeria forte terminantem
T e ſpectacula ceperant theatri
P allebat choruſ omniſ hiſtrionum
T anquam ſi arcitenenſ nouemq; muſe
P ropter pulpita iudiceſ ſederent
C oram te caramaluſ aut fabaton
C lauſiſ faucibuſ & loquente geſtu
N utu, crure, manu, genu, rotatu
T oto in ſchemate uel ſemel latebat
S iue oetheaſ & ſuuſ iaſon
I nducuntur ibi feruſq; phaſiſ
Q ui iactoſ ſuper arua colcha denteſ
E xpauit fruticante cum duello
S piciſ ſpicula mixta fluctuarent

Que prandia quiſ refert thyeſte
Seu ueroſ philomela torua planctuſ
Diſcerptum aut puerum cibumq; factum
Iam iam coniugiſ innocentioriſ
Seu raptuſ tyrioſ iouemq; taurum
Spreto fulmine fronte pluſ timendum
Seu turriſ danaeſ refertur illic
Cum multum pluuio rigata cenſu ē
Danſ pluſ aurea furta q̄ metalla
Seu ledam quiſ agit phrygemq; ephebum
Aptanſ ad cyathoſ facit tonanti
Suo nectariſ eſſe dulciorem
Seu martem ſimulat modo in cathenaſ
Miſſum lemniacaſ modo aut repulſo
Formam imponit apri caputq; ſetiſ
Et tergum aſperat hiſpidiſq; maliſ
Leue incuruat ebur uel ille figit
Hirta in dorſa feram repanda tela
Attritu aſſiduo cacuminantem
Seu perſeia uirgo uindicata
Illic luditur arpe coniugali
Seu quod carminiſ atq; fabularum
Cauſa ad pergama dat biluſtre bellum
Quid dicam citharistriaſ choraules
Mimoſ ſchenobataſ gelaſianoſ
Cannaſ plectra iocoſ palen rudentem
Coram te trepidanter explicare?

N am circenſibuſ ipſe quanta ludiſ
V ictor geſſeriſ intonante roma
L etam par fuit excitare muſam
I anuſ forte ſuaſ bifronſ klaſ
A nni tempora circinante phebo
S umendaſ referebat ad curuleſ
M oſ eſt ceſariſ: ut die biſ uno
P riuatoſ uocitet parare ludoſ
T unc cetuſ iuuenum: ſed aulicorum
E lei ſimulachra torua campi
E xercent ſpatiantibuſ quadrigiſ
& iam te urna petit cietq; rauce
A cclamatio ſibilanſ corone
T um qua eſt ianua conſulumq; ſedeſ
A mbit quam parieſ utrinq; ſeniſ
C ryptiſ carceribuſq; fornicat'
V no e quatuor axe forte lecto
C uruaſ ingrederiſ fremeaſ habenaſ
I d collega tuuſ ſimulq; nobiſ
P arſ aduerſa facit: micant coloreſ
A lbuſ uel uenetuſ uirenſ rubenſq;
V eſtra inſignia continet miniſtri
O ra & lora manuſ iubaſq; totaſ
C ogunt flexilibuſ latere nodiſ
H ortanturq; obiter iuuantq; blandiſ
V ultuſ plauſibuſ & uoluptuoſum
D iſtant quadrupedantibuſ furorem

I lli ad clauſtra fremunt repagulisq;
I ncumbunt ſimul ac per obſerataſ
T ranſfumant tabulaſ & ante curſum
C ampuſ flatibuſ occupatur abſenſ
I mpellunt / trepidant / trahunt repugnant
A rdeſcunt : ſaliunt / timent / timentur
N ec greſſum cohibent : ſed inquieto
D uratum pede ſtipitem flagellant
T andem murmure bucine ſtrepenteſ
S uſpenſaſ tubicen uocanſ quadrigaſ
E ffundit celereſ in arua curruſ
N on ſic fulminiſ impetuſ triſulci
N on pulſa ſcythico ſagitta neruo
N on ſulcuſ rapide cadentiſ aſtri
N on fundiſ balearibuſ rotata
V nquam ſic liquidoſ poli meatuſ
R upit plumbea glandium procella
C edit terra rotiſ & orbitarum
M oto puluere ſordidatur aer
I nſtant uerberibuſ ſimul regenteſ
I amq; & pectora prona de
E xtenſi rapiuntur & iugaleſ
T ranſ armoſ feriunt uacante tergo
N ec cernaſ cito cernuoſ magiſtroſ
T emoneſ mage ſufferant an axeſ
I am uox ex oculiſ uelut uolantiſ
C onſumpto ſpatio patentiore

Campuſ clauſerat arcbuſ arte factuſ
Per quam longam humilem duplamq; muro
Euripuſ ſibi machinam tetendit
Vt meta ulteriore miſit omneſ
Fit collega tuuſ prior duobuſ
Qui te tranſierant ita ipſe quartuſ
Gyri conditione tunc fuiſti
Cure eſt id mediiſ ut ille primuſ
Preſſuſ dexteriore concitatu
Partem ſi patefecerit ſiniſtram
Totaſ ad podium ferant habenaſ
Curru pretereatur int' acto
Tu conamine duplicatuſ ipſo
Stringiſ quadriiugoſ & arte ſumma
In gyrum bene ſeptimum reſeruaſ
Inſtabant alii manu atq; uoce
Paſſim & deciduuſ in arua guttiſ
Rectorum alipedumq; ſudor ibat
Raucuſ corda ferit fauor fauentum
Atq; ipſiſ pariter equiſ uiriſq;
Fit curſu calor & timore friguſ
Itur ſic ſemel itur & ſecundo
Eſt ſic tertiuſ atq; quartuſ orbiſ
Quinto circite non ualenſ ſequentum
Ponduſ ferre prior retorquet axem
Quod uelocibuſ imperanſ quadrigiſ
Exhauſtoſ ſibi ſenſerat iugaleſ

Iam ſexto

I am ſexto reditu perexplicato
I amq; & premia flagitante uulgo
P arſ contraria nil timenſ tuam uim
S ecuraſ prior orbitaſ terebat
T enſiſ cum ſubito ſimul lupatiſ
Q uantum auriga ſuoſ ſolebat ille
R aptanſ oenomaum tremente piſa
T antum in rapidoſ teriſ iugaleſ
h ic compendia flexuoſa mete
V nuſ dum premit incitatuſ a te
E lataſ ſemel impetu quadrigaſ
I uncto non ualuit plicare gyro
Q uem tu cum ſine lege preteriret
T ranſiſti remanenſ ab arte reſtanſ
A lter dum popularitate gaudet
D exter ſub cuneiſ nimiſ cucurrit
H unc dum obliquat iter diuq; lentuſ
S ero cornipedeſ citat flagello
T ortum tramite tranſiſ ipſe recto
h ic te incautiuſ aſſecutuſ hoſtiſ
S peranſ anticipaſſe iam priorem
T ranſuerſum uenit impudenſ in axem
I ncuruantur equi proteria crurum
I ntrat turba rotaſ quaterq; tantum
A rctantur radii i repleta donec
I nterualla crepent uolubiliſq;
F rangat margo pedeſ· ibi ipſe quintuſ

C urru precipitatiſ obruente
M ontem multiplici facit ruina
T urbanſ procıduam cruore frontem
M ıſcet cuncta fragor reſuſcitatuſ
Q uantum non cyparıſſıfer lyceuſ
Q uantum non nemoroſa tollıt oſſa
C rebraſ ırrequıeta per procellaſ
Q uantum nec reboant uolutata ab auſtro
D orıſ trınacrıo : aut uoragınoſo
Q ue uallat ſale boſphorum propontıſ
H ic mox precipit equıſ imperator
P almıſ ſerıca · torquıbuſ coronaſ
C oniungi & meritum remunerari
V ictiſ ire iubenſ ſatiſ pudentiſ
V illiſ uerſicoloribuſ tapetaſ
I am uero iuuenilibuſ peractiſ
Q uem te prebuerıſ ſequente in euo
I ntra aulam ſoceri mei expetituſ
C uram cum moderatuſ eſ palati
C hartiſ poſterioribuſ loquemur
S i pluſ temporibuſ uacat futuriſ
N uncquam diximuſ hoſpitalitatem
P aucıſ perſonet obſequenſ thalia
O dulcıſ domuſ o pii penateſ
Q uoſ reſ difficiliſ ſibiq; diſcorſ
L ibertaſ ſimul excolit pudorq;
O conuiuia fabule · libelli .

R iſuſ · ſerietaſ · dicacitateſ
O ccurſuſ · comitatuſ unuſ idem
S eu delubra dei colenda nobiſ
S iue ad pontificem gradus ferendi
S iue ad culmina marcii myroniſ
L ecti illuſtria ſeu uidenda liui
S iue ad docti loqui leoniſ edeſ
Q uo biſ ſex tabulaſ docente iuriſ
V ltro claudiuſ appiuſ lateret
C laro obſcurior in decem uiratu .
A t ſi dicat epoſ metrumq; rithmiſ
F lectat commaticiſ tonante plectro
M ordacem faciat ſilere flaccum
Q uamuiſ poſt ſatyraſ lyramq; tendit
I lle ad pyndaricum uolare cygnum
S eu noſ mage tuuſ fauor tenebit
M ultiſ predite dotibuſ uirorum
F orma · nobilitate · dote cenſu
C uiuſ ſi uarioſ eam per actuſ
C entum & ferrea laſſet ora lingua
C onſtanſ · ingenioſuſ · efficaxq;
P rudenſ arbiter optimuſ · propinquiſ
N il fraudanſ genii · ſibi · tibi · illi
P erſonaſ · loca · tempuſ intuendo
S eu noſ atria ueſtra continebunt
M arcelline meuſ perite legum
Q ui uerax nimiſ & nimiſ ſeueruſ

A ſper crederiſ eſſe neſcienti
A t ſi te bene quiſpiam probauit
N eſcit quod uelit ipſe iudicare
N am nunquam metuiſ loqui quod equum eſt
S i te ſylla premat feruſq; carbo
S i triſteſ mari truceſue cinne
& ſi forte tuum caput latuſq;
C ircumſiſtent gladii triumuirales
S eu noſ limpidii lareſ habebunt
C iuiſ magnifici utriq; ſummi
S uperuam bene regulam ſequentiſ
S eu noſ eximii ſimul tenebit
N ectenſ officioſitaſ mariti
C uiuſ ſocietaſ ſodalitaſq;
E ternam michi laude ſunt colende
S eu quoſcumq; alioſ uidere fratreſ
C ordi utriq; fuit quibuſ uacaſſe
L audandam reor occupationem
H orum nomina cum referre uerſu
A ffectuſ cupiat metrum recuſat
H inc noſ ad propriam domum uocabaſ
C um mane exierat nouum & caleſcenſ
H oram ſol dabat alteram ſecundam
H ic promenſ tereteſ pilaſ trochoſq;
H ic taloſ crepitantibuſ fritillis
N oſ ad uerbera tractum ſtruenteſ
T anquam naupliadeſ repertoſ artiſ

G audebaſ hilare ciere rixam
h inc ad balnea non neroniana
N ec que agrippa dedit uel ille cuiuſ
B uſtum dalmatice uident ſalone
A d thermaſ tamen : ſed libebat
P riuato bene prebitaſ pudori
P oſt quaſ noſ tua pocula & tuarum
M uſarum mediuſ choruſ tenebat
Q ualeſ nec ſtatuaſ imagineſq;
E reo ut marmoribuſ coloribuſq;
M entor praxiteleſ copaſ dederunt
Q uantaſ uiſi polycletuſ ipſe finxit
N ec ſic phidiaco figura celo
S ed iam te ueniam loquacitati
Q uingenti endecaſyllabi precantur
T antum & ſi placeat poema longum
I am iam ſufficit ipſe & impediriſ
M ultum in carmine perlegenſ amicum
D ormitantibuſ ociosiorem.

270

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
Mss
FIRENZE

RJB.

1279

Cc. 137 numerate a pagine (1-274), più una guardia scritta in principio. Sono bianche le cc. segnate pp. 125-126; 271-274.

Maggio 1915

tL